

PRÆVIO NUMINE VERO!

Ad nutum,

Amplissimæ in inclyto Lyceo

Auraico Facultatis Philosophicæ,

Sub

VINDICE CELBERRIMO,

Dn. PETRO HAHN,

Scient: Nat: Profess: & Bibliothec:
Ordinario,

DISSERTATIONEM PHYSICAM

DE

V I G I L I A

ET

S O M N O,

Pro

Gradu Magisterii ejusque Privil:

Cum publica Cordatiorum Lima,

In auditorio maximo anno 1705 d. 16

Junii, horis antemeridianis

Decenter componet

P E T R U S W I J Z R H O D M /

Wexionia Svecia.

Aboe Exc. JOH: Winter: Reg. Typ.

Maxime Reverende, Amplissimi ac Spectatissimi
Domini, Promotores, Patroni ac Benefactores sub-
missi colendi plurimumq; observandi:

Dn. M. SIMON ZAEPPO/

S. S. Theol: in Regia hac universitate Professor
Famigeratissime, Consistorii utriusque Adsestor
Gravissime, nec non Gratiae Wallensis
Pastor Vigilantissime:

Dn. M. PETRE HAHN,

Cœptorum meorum Praeses exoptatissime:

Dn. HENRICE ZAEPPO/

Curia Aboënsis Senator eqvissime merca-
turæque felicitate evèhende, Nutritie
indulgentissime:

*N*on licet hic Vespas, Domini, depingere laudes,
Quæ nitidum calis inservere caput.
Quid mage Meandris recinam benefactar reflexis?
Quæ Svadæ superant amuta verba Dee.
Utquæ meis non sit res hæc in viribus unquam
Tot meritis facilem parte reserre vicem:
Sincerò recolam Vigilans tamen ista recessu,
Membraque dum placido victa Sopore jacent.
Informem bunc, queso, ne contennatis abortum,
Supplice quem Vobis conseruo mente, manu

Amplissimorum ac Spectatissimorum
Nomina Vestrorum

Devotissimus Cultor ac Æstimator
P. MAGNUS HANSE

HELSINGIN
YLIOPISTON
KIRJASTO

IN

REGEM ac GREGEM

intemeratae fidei VIR,

Reverendissime in Christo PATER ac DOMINE,

Dn: OLAE CAVALLI,

Per celebris Diocesis Wexionensis EPISCOPUS
eminentissime, Sacri Synedrii, quod ibidem
est, Praes longè gravissime, Gymnasiorumq;
& Scholarum per Episcopatum Epho-
re circumspectissime,

Mæcenas Summe ,

Humilima animi reverentia aviternum colende;

O PATER Clari Venerande Cleri,
Tu Ducus pulcri placidum Lycei,
Sydus erectas rutilans ad aras,
Pulpita celsa:

Ne feras ægre precor atque spero,
Nostra quod Phœbum veneretur istum,
Qui suos semper reficit Clientes,
Vilis opella.

Nominis fulgor radiis corusci
Me fugat grandisque oneris propago,
Ulcera & condo malè sana mente;

Hoc sine dicam;

Non queunt ampli replicare libri,
Ipsa nec Pitho benefacta mille,
Quis, malis lassos, cumulasti Alumnos
Nostra Medola.

Nostra Medela

Sæva paupertas equidem Camœnas
Strangulat, pressas nisi liberares;
Sic focillâsti stipe memet austâ

Mitis Apollo.

Sis mei porrò memor PROTOMYSTA,
Dum fore pulso nitidas, Serene,
Cœlici nectar sitiens favoris

Vertice pronō.

Te, Tuam, Numen, pietatis Aulam
Sospiret multos vegeterque in annos,
Fulgeas Cœlo hinc & in omne, PRÆSUL
NOBILIS, ævum !

Cen ex animo optat

Reverendissimæ Tuæ Paternitatis

*Maxime Reverende atque Amplissime
DOMINE,*

Dn. ANDREA GOEDING.

*Dicæcios Wexionensis Archi - Præposite fa-
migeratissime , Templi Cathedralis , quod
Wexioniz est, nec non Bergundensium Pastor
longè dignissime, Consistorii Vice
Præses gravissime,*

PROMOTOR MAGNE,

*Submissa mentis gestuumq; veneratione
ætatem proseqvende:*

*Admodum Reverendi ac Praeclarissimi,
Plurimum Reverendi ac Clarissimi Dn :*

Dn. M. JOHANNES COLLIANDER,
*In Skatelöf ac Torsåhs Pastor vigilantissi-
me , Territoriiq; vicini classica visitatione evehende,
Patrone prolixa hæustæ informationis ac benigni-
tatis admiratione mactante:
Singulique*

Dn. Dn. M. M. memorabilis
*Gymnasi Wexionensi: S.S. Theologiaz ac Philo-
sophiaæ LECTORES celeberrimi, ac solertissimi,
Fori Ecclesiastici Adlessores æqvissimi, antea
Præceptores fidelissimi, iam Patroni, Evergetæ
ac Fautores desideratissimi ac promptissimi,
venerabunda mente semper & ubiq; ob-
servandi ac memorandi:*

Sit VOBIS præsens vita felix

*Admodum Reverendi ac Celebratissimi,
Plurimum Reverendis atq; Clarissimi Dni:*

Dn. M. ANDREA INGERMAN,
Districtus Sunnerboensis Praeposite splendidissime, Custodiz Ecclesiarum Deo in Götery ac Träshery congregatarum Vigil felicissimè intente, ante septen-
nium Nutritie propensissime, atq; deinceps cooptorum
meorum Svasor ac Promotor optime, perpetuo illi-
bati cultus ac obsequii ardore deve-
nerande:

Dn. M. MAGNE FIORIN,
à muneric Theologici ac Gymnasiarchia labo-
ribus, rara dexteritate exantlatis, ad Cœtum DEi in
Zölg & Praeposituram Norvidingeensem non sine sum-
mo Parœciarum fœnore evocate, prioribus temporib;
literaturæ morumq; nostrorum Censor constantissime,
postmodum votorum Suffragator optimè adfecte,
devota mente inde sinenter suspiciende:

Dn. M. BENEDICTE LITTORIN,
Vigiliis Ecclesiarum in Liunga & Hamina
pro meritis dudum Praefecte, ob beneficia in Niulas no-
stras liberali manu erogata quovis obsequiorum ac
honoris genere perpetim venerande:

Nec non

**Domini Magistri, Scholæ Cathe-
dralis Wexionensis Moderatores dexterissimi
ac informatores laboriosissimi, Beneficētores &
fautores multis nominibus honorandi:
& subsecucura felicissima!**

Dum bisjugos curvo gemebundos nectit aratro,
Ut pateant radiis segmina lenta datis,
Cultor agri, liræ crabit hinc sub uomere laxas
Dentalique vibrat, sic rudit apta ut humus.
Semina post scissis committit pinguis sulcis
Semina, quò segetes fertilia arva ferant.
Atque iterum ferro terram convertit aduncō,
Ut sibi commissum conregat ipsa bonum;
Ast messis, letis cum jam albesceret herbis,
Infelix lolium nil nisi sepe refere.
Ruricola atque novum dives dicendus in annum
Mensuram voeti non quie habere sis.
Nec roties spicas glumis fallacibus altas
Pollice, ne dubites, ipse terit tremulo:
Dum subit eventum hunc fractos reperiisse lacertos,
Lacrymulis quoties Ora genaque madent.
Fixa manet tamen in Dominum, qui cuncta gubernat,
Quid volet en faciat! Spes pia fixa manet.
Hinc precibus euras repetitis lenit acerbas:
Quosq; alit hac tribulos altera terra necat:
Fingitis & pia sic, meritis super astra ferendi,
Facta, PATRES ampli, quos canit equus AMOR:
Doctrinis alios aliis perfundit amoris,
Uisque aparia Apis dum cava compleat obit:
Hic placitis Musas opibus resocillat egenas,
Et placidus placat & arciliem;

Alter amat querulis pectoris languida furcis
Consilie, studie usque levare probis.
Omnibus hic finis VOBIS est omnibus unius,
Ut reparas verum suxa juventa bonum.
Cernit immodico torpensia corpora Somno:
Voxque manusq; monens, nec gravitate earent
Mora ne ventura quodam terrore ruina
Abjurent molles, doce sequente, dies.
Si peculans pro te renuat Vigilantibus ausus,
Tollere ne possint aut relevare malum:
Murmura nata premunt, sermone fiantis triumphus
Fœnora non quivit splendida reddit ager.
An sapiens, veteres quia non imitantur aristas
Grana sepulta, fugit triste colonus opis?
Rex Superum trepidare verat foris salia cunctas:
Pectora quid capiane dicta sopore docent,
Si ergo piis ager hic vanis deludat avenir
Spes operasque pares: Linquite quoquo minas!
Non VOBIS, Domini, Domini tribuenda benigni
Culpa est, qui varia Me recreasti ope:
Sed piger ingenii partem fibi sumit agellus,
Ut raceam gelidam, qua sterilescaet, humum
Et varia forsitan possunt concurrere causa,
Quæ stipulae iectu delacerare feret.
Ende, Joli, veniam, VENERABILE LUMEN amandi,
Ecce VOS, Aonii NOMINA CLARA choi:
Ende precor veniam, licet omnia somnia Vobis
Effent, qua mea mens dedicat bac humiliis.
Munera ne solium sic prodigat aeg, favorem
Munera, qua larga suppeditare manus.

In brevis hic vestros somnus qui claudit ocellos,
O Vigiles Vigilis sub DUCE LUCE Gregis,
Ut non Meandris referam benefacta reflexis,
Quæ SUADÆ superant emula verba Deæ
Me trahit: informis non contemnetur abortus;
Materies reparat, que mala forma negat.
Ergo PATRES humili nunc id prestatæ Clienti,
Quod favor & probitas & pia corda jubent.
Policeor studiis votive paratior alter
Vix eris, ad Tumulum quam manet Hicce suum:

VESTRORUM,

Max: Rev: Dn., Dn. Archi-
Præposite,

Admodum, Plurimumq; Rever. Dn. Dn.,

Amplissimorum ac Clarissimorum
Nominum

Devotissimus Culcor ac officiosissi-
mus Aëstimator
PETRUS WÆSETHOLM.



Omini, ex orbita integratatis ubi jam discesserat, lex irreprehensa patet:
כּוֹעַט אֲפִיךְ חָאכְלָה עַד
שׁוֹבֵךְ אֶל חָאָרְטָמָן (א)

Non ac si onus vires degradans esset suscipiendum, cum modus, quem recta ratio præscribit, summo sit observandus nisi; humanæ namque res consertissimis laborum catenis, quæ confertim natum premendo corporis robur adterunt, animum ponderum gravitate affectum mœtore perfundunt, perfusum molestiâ obtundunt, obtusum langvore adfligunt, afflictum enervant, enervatumque consciunt, colla sua dare recusant. Tantò itaque ab ista opinione, quod dicto allegato præceptum otii puta liciti negativum insit, sumus alieniores: Luculentius quantò Spiritus Jehovæ passim & potissimum in Ecclesiaste (β) nos instruit, quod horridas asperasque defatigationum

moles necessariâ quin & jucundâ, intra lîmites honestatis si se contineat, respiratione interpolare prorsus non sit vetitum;

*Nam si hoc nos semper stimulis vexaret acutis,
Cunctos atque pios lusus turbaret amaror,
Sicque tot adverfis lento premeremur in auro:
Latitia vix bora foret, vix hora quiete.*

Adcoque vel primæ cunæ vagientibus funestum minitarentur interitum: Sed quod quisque, ne in desidiam planè resolveretur, se ad suum, quando & quô deberet modô, pensum impigre revocaret, voluisse videtur. Summus atque independens rerum Dispensator; hoc enim ut membra vivida vegetaque reddantur, omnes supervacui humores sanitati inimici excernantur & tota denique machina in firmitate conservetur, facit. Unde per bellè nonnemo: *bujusmodi exercitium est vita humana conservatio, naturæ dormientis excitatio, virtutum corroboratio, superfluitatum consumptio, otio inimicum, temporis lucrum, juventutis debitum, senectutis gaudium* (γ). Alioquin per se cuiquam aridgari nec seritur nec metitur, cum noctes diesque stertenti id, quod omnis boni Dator gratiolè confert, adscribere sit piaculum. T&T' ἐτέρω
μὲν σῶμα Πατὴρ ἐπεγέρθεντος. Hinc disserit
era-

oraculum divinum: εἰ τις ἡ Θέλει ἐργάζεσθαι;
μηδὲ ἐδίέτω (δ); Nam

Non nisi per multos voluit Deus esse labores
Ad sua dona viam nec sydera segnibus offerte.

Quia igitur otiosus DEO hominibusque
est odiosus ἐργάζεσθαι non περιεργάζεσθαι
oportet. Quod commodiore viâ expedi-
ri vix poterit, quam si otia ac nego-
tia quævis ritè suis dividantur temporibus.
Horum a. vicissitudinis, quam Vigilia & So-
mnus, universum animalium genus & speciem
præprimis humanam alternis iisque statim,
dum mediocritatis limitibus coercentur, vi-
cibus occupantes, nescio quod copiosius ta-
pueri sinceriusve temperamentum suppedita-
ri possit; Illa enim vires quiete refectas ad
laboriosas occupationes invitat: hic quassatas
ne ἀπανθράξεις ἐκπίπτωσι blandâ instaurat re-
creatione. Quibus nisi soverentur animantia,
in qua, horreο, deformia degenerarent ἵκ-
τρώματα, Splendidum ortum squalido quo de-
turparent occatu! ὃδερ γὰρ πλὴν ὑπνος μὲ ύγιη
ἀρθρα ἀλλαγαι· hisce vero si tanquam ministris
non magistris corporum nostrorum utamur
ne medium itineris, spinosis arumnis, arum-
niosisque spinis circumsepti viam repentinis

confundamus cadaveribus, immaturisque maculemus funeribus non adeò est metuendum. In *Vigiliæ* autem & *Somni* explanatio-ne exiles impræsentiarum ingenii vires periclitabuntur. ἵνα δὲ μὴ τῆς ὁδὸς περιεμπέντε ἀφαναργάνωμεν, cum quas facies prima oculis obvertit voces Thematis sint simplicis, ἀνομάτων ἐπίσκεψις, ἡτοι παιδεύσεως ἀρχή ἐστι, auspiciabitur opellam.

MOMENTUM PRIMUM ONOMATOLOGICUM

§. I.

Paginaria itaque si sub considerationem cadet, quod immediatum in casu dandi, vel auferendi, calci adfixo a; *Vigiliæ* etymon sit vigil, latioque, ut quam notissimum, existat notum vel leviter ac perfunctoriè latinas qui attigerit literas, nobis non præeuntibus, nosse haud difficulter poterit, in re adeoque cuius obvia diutius hæcere quid adtinet? Vocabulam huic oppositam, *Somnum* puta, simissimis aliis ἀπὸ τῆς ὑπνου (qui vel πνεὺς τῆς ὑπνοῦ εἰν, sub aqua se condendo, aut subter aquis natando, ita ut allusio fiat ad illud Poëtæ Mantuani: Conditque natantia lumina somnus (ε); vel πνεὺς τῆς ὑποσυνέειν ἀ leniter spirando, cum in somno

*somno aliquantulum mitius spiremus; vel
ἀπὸ τῆς ὑπονόης; quia mens in somno quasi oce-
cultatur ac abest, descendit, helladique per-
quam familiaris est) derivari statuamus; in ex-
te num & insolentem planè morem labi non
videmur, ita ut spiritus asper abeat in s quem-
admodum in vocibus ὄλη, ὥσ, οὐτερ, unde syl-
va, lus, super radices mutuantur, plurimis aliis,
exorti quæ se se obferunt, καθ' ἐκάστον sepo-
sit is, idipsum oculis observare est integrum.
Dehinc euphoniz gratiâ & ob cognitionem
vocalium y migrat in o, uti in vocula νύξ
unde nox: Atque ita est sopnus; Ceterum li-
tera labialis p in aliam ejusdem organi m, uti
quilibet in Sancta lingva μεμυημένος adseverat,
est ἐνμετάβλητος; cum ejus consecutarii usus,
judice Clariss Buxtorfio, in omnibus lingvis
sit celeberrimus. Quibus de causis notionem
hanc utpote lingvæ fundamento depromtam,
usu probatam, literarumque conformitate fir-
matam subdititiæ spuriæque censum ἀνυπο-
νήτως subterfugere liquet.*

§. II.

O Mawuμία πλαγῶι μῆτηρ ut exulet, æqvivo-
ca hæcce æqvivocantia suis sumi coercen-
da æqvivocatis: Justo igitur examine terminum
vigilie librantes, istum, ut & conjugata-

eum ejus primarium explicitum *vigilare* si-
 gnare didicimus 1. Curam, reique alicujus
 circumspetam considerationem, gr: Φευλίδα,
 Ἐφορεῖας ut: ἀγρυπνῶν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν (5).
 Et manendum mihi statuebam quasi in
 vigilia quadam consulari & senatoria (2).
 Hinc Enti entium, eminenti licet modo, tri-
 buitur: (〃) למשפט רה' ווהקיצה. sic Jer.
 L. v. 12. item 44: v. 27. & alibi passim. 2. Ex-
 cubias nocturnas seu Νυχτὸν φυλακῆσις אמשמות
 unde Scriptores Iepiuſcule opera sua hisce
 coudiunt loquendi modis: *Variare Vigiliarum*
vices: *Vigiliarum* vices ante cubiculi
 fores servare & Homerum si audire mavis:
 φυλακὰς αἱμεβόμενοι χεῖν (3). 3. Certam diei
 naturalis portiunculam sive illum temporis
 articulum, quo vice sic exigente excubitus
 ad alios transferebatur Vigilarios, ita tamen
 ut epitheto ordinali constringatur; Nox e-
 nim ad fluxum Clepsydræ priscis in quatror
 distributa fuit partes, quas ex vigilum offi-
 cio Vigiliam primam אמשון שנה item no-
 ctem primam, Vigiliam secundam, tertiam
 & quartam adpellârunt, quarum singulæ tri-
 bus includebantur horis, unam majorem
 constituentibus. Sed & umbram obscuram

sub-

(5) Hebr: 13. v. 17. (2) Cic. Phil: 1. (3) Ps. 35. v. 23. (3) Iliad. 1.

subprimit Lux Evangelista, Τὸν ὄψε, μεσημέριαν
 καὶ τὸν ἀλεξιχορόφωνιας νῦν πρωΐ mentionem in-
 jicientis (ι). 4. Ipsos Vigiles φρεγάκες, Φύλακες,
 ἐγενόργετος, שְׁמָרוּם, עֲרִים ut cum dicimus: cir-
 cumire vigilias: Urbem munire vigiliis. Sic
 quoque Hebrei per מִשְׁמָרָת אֲשֶׁר, מִשְׁמָרָת
 tanquam abstracta non unā vice concreta ex-
 primunt. 5. Vulgo feriam aut festum; ὑπνον
 τὸ πάνυκον ἀπώσαντο, ut vigilia nativitatis
 Christi. Sic Plautus (κ) vigiliis cereris sacra
 designat nocturna, quibus mulieres, somnū
 naturæ negantur, in æde Cereris interfuerunt
 gr. πανυχίδες, Aemilio Probo mysteria dicta;
 Ea quippe nocte ne cubilia cum Viris socia-
 rent, cautum erat: Justino autem [λ] initia
 seu noctes initiorum. 6. Vigilantium spiri-
 tualem à vigiliis & quiete naturali præscin-
 dentem, quā quidem nullas non vitæ hujus
 horas extrahendas esse monitor ac præmon-
 strator sacer est codex. Hinc toties: χειρογρά-
 φη, χειρογράφη, σκηνήψατε δικαιώσ, μακάριον ὁ
 χειρογράφων. 7. Liberum sensuum externorum &
 internorum, si actus in se se animum conver-
 tet, exercitium; Aut etiam statum illum,
 quo sensus non impediti suas obeunt functio-
 nes (μ), quem quoque significatum, aliis
 suo

(ι) Marci. 13. v. 35. (κ) in Aen. l. 2. c. 6. 13.

(μ) Claubi c. 69. S. 2040.

suo loco ac foro relictis, scopo nostro egre-
giè servire constat.

Somnus parili ratione ἀναμφισθῆτος suis
est immersus æquivocationibus, quarum qua-
dam ex relatione termini oppositi emergunt;
1. Namque DEO καὶ αὐγκαλάβασιν adfingitur.
Ubi tamen τὰ ἀνθρώπων θῶς λεγόμενα Θεοπρέ-
πῶς νοῆται, uti illud: עוזה למח תישן ארנו רקיוח אל – חנוך לנצח [v]; alias enim, nisi
χαπλήχασι titubare; sic decretum, illud Psal-
modi in veritatis columnam adripies: (ξ)
אל – ינום שמר חנה לא – ינום ולא ושן שמר
וישראאל. licet ipse ארך אפיק simulet quasi,
se νοσακύκλως malorum, quæ patrantur & diro-
rum, quæ in pios evomuntur, ignarum vin-
dictæque esse oblitum ē πολλῇ μακεθυμίᾳ
σκέυη οցְנַס אֶתְעַקָּא. 2. DEum Φαινόμενον, quem
διασπαμονέσσοι gentiles effuxerunt, designat,
ut in isto Maronis:

Cum levis æthereis delapsus somnus ab astris
Aëra dimovit tenebrosum & dispulit umbras
Te Palinure petens; tibi tristia somnia portans
Insonsi: puppique Deus constellavit in alta (o);
Et in illo Palingenii: Somne, quies rerū placidissime somne Deorū. 3. Latissimè ut vegetatibus
atq; etiā inanimatis adsuatur, uti cum canit Stat:
pigro

(2) Ps. 131: v. 3, 4. (o) L. S. Æneid. v. 838.

Pigrō ~~corpebant~~ litora /omnō: Et imbelli fo-
mno recubant æquora. 4. Speciem per so-
mnum oblatam, ἀνύπνιον, ὄναρ,, ὄνειρον, שׁלום.
Sic esse in *sommis* i. e. ἀνύπνια λέθης ὄνειρον seu
somniare. Ut vicissim καὶ ὄναρ vertit Sve-
cus i *Somnen* (π). Quam quoque acce-
ptionem Poëtarum splendor adamat: Sunt
geminæ *somni* portæ (ρ) &c. 5. Pro ipso no-
cte ab hoc eodem usurpatur: Libra die (dici)
somniq, pares ubi fecerit horas &c. (τ). 6. Ca-
taleplin, licet parcissimè, adumbrat, quomodo
istum morbum vigilantis *somnum* expellari
posse adserit Aut; le Grand in instic: Philosoph: (τ). 7. Ecstasi involvit, ceu LXX viralis inter-
pretatio Hebr. תְּרוּמָה ēn suon nominat. Hinc
B. Hieron. c. 45. in tradit: Hebr. Pro ecstasi h.e.
mentis excessu ponitur in Hebr. תְּרוּמָה quod
Aquila καταφορὰ seu *somni* vehementis im-
petum; Syimm: κάει h. e. magnum; gravem
& profundum *somnum* esse interpretati sunt.
Est a. ecstasis secundū Gregoriū M. (υ) dormi-
tio quædam vigilans, seu dormiens *vigilis*,
quā videlicet anima à sensibus abstracta divi-
naque sentiens & dormire videtur mundo &
vigilare DEo, utpore vel ad amandum, vel

auscultandum rapta. Unde Viri sanctitate notabiles, non corpore sed virtute sopiti, laboriosius dormiunt, quam vigilant; Quippe qui turbidis hujus seculi concupiscentiis exempti, actionumque irepitus, qui terras subcutiunt, auribus quasi cerâ obductis accipientes, dum quieti student, mente virtutibus intentâ, vigilantes dormiunt. Horsum illud **לכלה מקרשׁה ולבו ער**. Ceteroquin Divi Augustini inter somnum, ecstasi & mortem differentia cachinno non est digna: Cum rapitur, inquietis, anima ad ea visa, quæ spiritu cernuntur, similia corporalibus, omnino à sensibus corporis avertitur amplius quam solet in somno, sed minus quam in morte; Quia videlicet in somno communi avertitur quidem anima à sensibus externis, sed non ita potenter, ut applicato forti sensibili non illicè advertat: At in ecstasi, perfecto scilicet modo sese habente, ita altè sopitur ut vel applicato vehementissimo objecto sentire non soleat; Praterea in morte abstrahitur anima ab internis pariter exterisque sensibus: In ecstasi solum ab externis, adeo ut medium locum inter somnum & mortem videatur occupare. 8. accipitur pro morte eaque naturali ut:

Quid

(Φ) Cant. 5, p. 2;

Quid mors? aeternus somnus: somnus brevis est mors
 (χ). Ab Homero Κασίγνης Γαράντο, à
 Virgilio consanguineus lethi vocatur. Sic
 conjugatum somni secundarium, dormire
 scilicet, ut & Græca νυκτέαν, καιμάδαν non
 infrequeenter in Scriptura Canonica morien-
 di significationem sibi induunt. Hinc Ἀπαρχὴ
 κεκοιμημένων verbis non inficitis suos adfatur
 discipulos: Λάζαρο ὁ φίλος ἡμῶν κεκοιμητος
 ἀλλὰ πρόσων μετανάστης εἶχε πνίσταντον. Εἰρήνης δὲ ὁ
 ἵησος τοῖς τὸν Γαράντα αὐτῷ (ψ). Hinc sepulcreta
 vocantur καιμητοί. Quin & ipsa sepulcra a-
 lias נִכְרֹת nominata Sp. S. titulo נִכְבָּות h.e.
 cubilium, piorum ante omnia, dignatur (ω).
 9. Pro morte spirituali temporali, quæ alio-
 quin dicitur somnus culpæ, quæcumque natu-
 rali ad primè σύμμορφο est: Ratione 1. im-
 provisa oppressionis: 2. sensuum privatio-
 nis: 3. actionum intermissionis: 4. variarum
 imaginum illusionis: 5. diuturnioris vel bre-
 vioris dormitionis: 6. facilioris vel difficili-
 oris excitationis. De hoc sparsim Sp. Sancti
 Amanuenses loquuntur & nominatim Paulus:
 ὥρα ἡμῶν ἡδη εἰς πνεύματα ἐπερθῆνται (α). Εὕηρεν ὁ καθ-
 εύδων (β). 10. Pro morte aeterna à Prophe-
 ta

ta שֶׁנֶּת - עֲוֹלָם seu somno perpetuitatis insin-
gita (γ). II. Pro somno animæ, nixi auctoritate Aristotelis ita differentis: Αργεσία γάρ εἰν
έύπνος τῆς ψυχῆς, ἡ λέγεται παθαία καὶ Φαύλη (δ).

III. Pro somno naturæ, seu quiete animalis
naturali, quam, prioribus tanquam αὐτοφό-
gois ad sua, unde devenerunt, domicilia re-
missis, hac vice indagamus.

§. IV. Πολυσημίας latus stipat συνωνυμία: Atq;
ita si הַשְׁגָה אֵם כָּל-species συνωνύμως cum
vigilia recurrunt: שְׁמָרוֹת, שְׁמָרוֹת אִשְׁמָרָה:
Græcorum ἐχήγοροις, αρχευπνία, η τὸν αἰσθήτην
επιήδευμα, λύσις, ἐνεργεία, παθόη, πόνος καὶ
περίξις: Germanorum das wachen: Sveo-
num wakning/ wakto: Cum Somno v. retro-
commeant שְׁנָה, מְרֻגְעָת, מְרֻגְעָת, נוֹמָה
חיה בוחן, מְרֻגְעָת, נוֹמָה, תְּנוּמָה: οἶπνος, κοίμημα, κοίμησις, κοῖτος,
ἀισθήσεων παῦσις, ἀνάπαυμα, ἀνάπονσις, δεσμὸς
ἀισθήματος μεταπαυσολὴ, ἡρεμία πρώτων αἰσθη-
τικῶν, αδυναμία χρήσεως σὺν πρώτων αἰσθητοῖς, επ-
ρησις ἐγχηγόρσεως, μεθόριον τοῦ θανάτου τῷ μὴ (ε)
&c. Animalium virium quies, dormitio &c.
der Schlaff/ Σόνη. Et αὐτοπτηδεύτως תְּרוֹדָת
κῶμα, τῶν πόνων αἴρτυμα. Sopor ut:

Sit sopor ille satis reficit qui fessa labore
Membra - - - - (ε);
domitor malorū, requies animæ, pars vitæ hu-
ma-

(γ) Jer. 51. v. 39. (δ) L. I. de moribus c. 13. (ε) Marcel. Pal.

manæ melior, pax animi, perfugium laborū & sollicitudinū, publics curæ medicina, quies sopora, menti Deus utilis ægræ, mortis simulacrum ac frater, placidissimus quietis pater noctisque amicus, & consimilia plura Poëtis ac Oratoribus, à quibus non exiguis sæpe nitor rebus imponitur ipsis, non ignota. Cum Vigilia & Somno junctim sumptis coincidunt sensuum affectiones; quia diversus harum status à sensibus dependeret, ita ut operationes & cessationes ab iis dignoscantur v. gr. libera sensuum extecatio est Vigilia; eorundem v. cessatio naturalis, quies seu somnus.

MOMENTUM SECUNDUM PRAGMATICUM & quidem

ἀνατκεναστικὸν.

§. I.

NE verò pervicacius quam perspicacius in nominalium, quæ delicatores ceu περικαθάρματα καὶ περιψήματα despiciunt habent, scrutinio hærentes laureolam in mustaceo querere existimemur, ab hisce ad realia divertendus est animus. Quam autem necessaria sunt cui liber, qui mortalitatis jugum non excusset, Vigilie Somnique periodi, ἵνα μὴ κατάχησθαι μόνευσθαι τὴν ἐπιμέλειαν καὶ ρύμην φορησευχαν αὐτοματιβόλως quoque eorundem

essendi seu fiendi notitia ac veritas sarta tecta
 adstruitur. Nec id ipsum progressui nostro ini-
 micum fore conjectamus si, antequam præ-
 cipiti saltu in veras harum affectionum æ-
 tiopylas nos immittimus, dissitissimos animis,
 annis pariter ac locis de *Somno* præprimis
 disjunctissimorum sensus nobis eligamus præ-
 ambulones, illorum ut vestigia nos vel an-
 trorum, vel retrosum suspenso gradu placi-
 dè ire maturius moneant. Horum autem alii,
 quos antiquior tulit ætas, eò usque sunt pro-
 gressi ut *Somnum*, dum sanguis in venas re-
 gressum pararet, animalibus obrepturum ad-
 firmare sustinuerint, quibus adsrevit Alcmæ-
 on. Quæ quidem sententia tanto pauciores
 sibi prospectura est patronos: certius quanto
 est nec spiritus animales, qui sensus motusque
 animæ proxima sunt instrumenta, hospitio suo
 præparationis ὀλικῶς deserto catholicam cum
 sanguine demigrationis societatem & qvidem
 ἀμετώπη μόνον in venas petere. Vah quam
 frivola, monstrosa, brevesque, huic opinioni
 debitum si inesset robur, animalibus dica-
 rentur *Vigiliae Somnique*, ne dicam minutæ,
 sed præstigia, quæ cum in universum omnia,
 tum illa prælertim, quæ sunt macilenteriora &
 pingvioribus rapidiorem sentiunt sanguinis

circulationem non sine vice satietate essent
mansuræ! Imò vigilans foret *Somnus* dormi-
ensque *Vigilia*; aliquæ namque circumfluæ
masæ sanguineæ portione venas invisentes;
quâdam etiam arteriæ intumescunt ac subsi-
dunt; quod inter cetera earundem intra ho-
ræ moram ter mille, si non plures, in homi-
ne integræ ætatis & temperatæ complexio-
nis, pulsus planum reddunt, cum quilibet mo-
tus cordis contractorius semiuncialis præter
propter sanguinei ponderis eruptionem trahat
comitem. hui! dictum præjudicium, ni sit in-
concessum, corporis animalis nutritionem
per *Somnum* labefactaret, cuius tamen miti-
oribus inter dormiendum vicibus nec experi-
entia nec sensus in serio rationis examinœ
calculos obtinentes reclamant: Causa in con-
spectu est; non enim venæ sanguinem segui-
orem, frigidiores ac crassiorem ad cor ad-
vehentes: sed arteriæ calidiores ac subtilio-
rem avehentes eumque eo in loco, quem
dum subsidunt, obtinet, deponentes, inito
cum proximis particulis nec odio so unitionis
födere, ipsi nutriendi actui subserviunt (5).
durum itaque hoc de *Somno* judicium enumera-
uisse, enodatè idem est refutâsse.

§. II. Quidam, quibus faciem prætulisse
 Diogenem perhibent, totum circa hoc pun-
 cum negotium ad hanc retulere causam,
 quod sanguis aëra, quem venæ continent, in pe-
 cotoris seu thoracis cavitates detrusum com-
 pingeret, atque hæ calore reforçæ privativam
 hancce, loqui jam populariter licet, induce-
 rent prolem: Ast ἀπλῶς cum hisce facere vix
 erit ἀσφαλὲς; non enim (α quid per aëra, qui
 istis conclusus sit cavernulis, voluerint intelle-
 ctum σαφῆς comparet; Sin (β diapphondην τὴν κα-
 τὰ χείρα corpus illud simplex vulgare que
 συχεῖται ad ripueris (invitit licet Neotericis,
 omnem aërem, utpote ad quem componen-
 dum qualibet egregia tenuitatis particulae
 concurrere possunt, è variis cœlestibus ac ter-
 restribus corpusculis esse mixtum, nisi forte
 Aristotelicis ludos faciant, concertantibus) (ζ)
 Peripateticis rhonchos docturis haud dubie vi-
 debere intolens; Qvod si enim hoc felicissi-
 mum vacui supplementum non per aperta mo-
 dò sed etiam opera arctissimisque constricti
 vinculis se insinuans (η) propelleretur in hisce
 pectoris cavitates, in aliis metus esset vacui,
 in hisce rædium supervacui. Supervenii (γ re-
 centiorum vis aëris elas̄tica, qua hoc adserum
 ceu

(Ω Phys: Cont: Claub: c. 24. part: Spec: §. 803. (η) Sperl:
 Institut. de aëre

teus enim Φ ædæc pessum premat; particulis namque aëris flexilibus funiculorum ad instar velocius rotatorum agitatione majori in pectoris cævis extensis ræficeret sicutque ad motum suum continuandum mæjus spatiū requireret (9). hei quanta tunc inter sternendum esset respirationis angustia, quanta dyspnœa! Sin (ð) spiritibus animalibus aëris iudicare nomen, audita antiquorū pariter ac recentiorum hæc in re quæ ad petitionem symphoniam, signum quidem aliquanti receptui est dandum, ita tamen ne fuga, extra casam, præter casam nos auferat; concessò namque spiritus aëris involucro prehendi posse, ipsis, nisi arundineo ianitanc bacillo, probare incumbit, hi ne venas immediatos ac proprios agnoscant tubulos? Quid erudiant nos quæsumus, quo(s) præpotenti & limitato tamen suram hancce subtilissimam, in venis contentam, in sternum cogendi dominio sangvis iste præpolleat? Subtilitate illustres in arteriis spiritus hujusmodi propulsionis immunitate anne donare velit vel posuit? hem! quod vix enervis contra illos est nervus: in medio hocce ventre spirituum erit excessus: in infinito, ut de supremo nihil dicam, querulus eorundem una cum actione defectus. Ψ η Φ ισματος E. tenuitas, idem diligenter si inspexeris, haud ægrè perlacebit.

S. III. Nonnullos, qui Empedoclem enunciati sui auctorem prædicant, somniculosum hunc effectum ex eo, quod calor, sanguini qui inest, tempore seu potius frigore languescat, generari opinatos accepimus: Ait pace sorum quod dicatur: Somniantur ferè hi vi-

C

gilan-

gilantes quæ volueret; quecirca lubentiores multè
tempestivum iis in tantum mittimus repudium; Cum

*Nemo etenim sanè, cui sana in corpore sano est
Mens . . .*

In non modico æstivi solis vapore laticem
sanguineum etiam per venas ad cor refluxum refrigerari
jace sit conquesturus, quām arcta immo arctissima nos
iunc mäcerarent quietis intervalla! Δύωα μης certè ἀ-
ναψυχή non infrequenter tunc temporis tam procul
exulat, ut, nonnunquam etiam antequam *Somnus* in-
lectum receptos occupat, inter blandes sudorum stil-
las, crura, quæ ipsa commodi honestique ratio allo-
quin tegumentis velare voluit, vel sub nocte concu-
bia velamenta rejicient. Proniora etiam, huic adser-
tioni robustæ si inessent vires, in soporam quietem
animalia iners conspiceret bruma, quā pleraque geo-
lu, quod corpora vix mediocriter adficit, rigent: cum
tamen vernali ac æstivali, licet noctium dentur &
brevitates & caliditates, quām brumali tempore ani-
malia artus suos, ob promptiorem scilicet spirituum ani-
malium resolutionem ac dissipationem, saviose ir-
rigent placentiq; *Sopora* (1). Evidem si caloris, quo san-
guinis foveatur, privatio *jamnum* includeret, ne egena
ejus animadvertisatur utilitas veremur; Unde namque,
hyeme præsertim, iste calor devocaretur, qui digestio-
nis, cuius mirus, dum dormitur, deprehenditur suc-
cessus, facilitaret ac absolveret opus? Qvomodo de-
inceps nutritio, concoctionis filia, numerum quater-
narium & quentes necessitatis conditiones à physicis
passim postulatas sine caloris in sanguine insiti ope-

ad-

(1) Confer: Thom, Erast, Q. 71, Diff. de somn.

adimpleret? Denique si sub caloris insitâ notione calidum innotatum comprehendant, idem agant necesse est; hoc n. non perit, sed ex tempore, quo summa frigoris inclemens nos urget, manens de suo cum vita animalium durationis termino gloriatur (κ). Quia & illud Keckermannus spectat: *Ubi frigore cor & sanguis ac spiritus cordis cerebrique condensatus est, simulque spiritus animales ita sunt stupefacti, ut sensus communis ligetur, extinguntur & quasi dormientes moriuntur* (λ). Cuicunque mente non iam dilituit Ant: le Grand, qui præter ea, quæ modo adduximus, ita fatut: *Calore, qui in corde residet, percunne omnem motum cessare: ac proinde mortem nobis contingere, quum nativus calor deperditur, aut aliqua ex præcipuis corporis nostri partibus corruptitur* (μ). Ad ultimum si frigus, ut οὐ γένεται σέντα expendamus nostra, cessationis hujus estenuis, quatenus non-nunquam per illud soiricos animales obtorpescunt & hebescunt, efficit efficiens: At certè inferior ac remotior habenda est cava ad generalis, ad quæ & quidem immediatae quam ut evanescat culmen.

§. IV. Galenus variis variorum de hac affectione prælibatis placitis nodum quæstuti solutus, eundem, ut videtur, explicando implicat; In hunc n. modum ejus leguntur verba: ἡσε τὸ ἐνδιαιτήσοντι εἰπεῖν εἶτε
εἰπεῖν Φυσικὸν εἶ πάντας, εἴτε μίθος (ν). Neque tamen eo lecius alibi, quod placide evaporationes spirituum

C 2.

ani-

(κ) Vid: Ant: le Grand: inst: pbil. Art. 17. de animali: Sperling. C, de vita ac mort. (λ) p. 439. (μ) Art. 6. part. 8 [ν] Lib. de instrumento odor,

animalium, quò minus apertam in nervos offendant
viam, vascula obturando somnolentum huncce eni-
tantur fætam, detegere definit: Ipsius E. à Philo-
x. ne διηνεκῶς istiusmodi adhæreamus effato,
nobis est submonitrix. Præsertim dum aliis in locis,
quod calor à siccitate vel ἐφιδρώσει seu latitudine
nimia in alimentum conversus, aut à majori, quām
par fuit, humoris copia, ac, quem intendit, adie-
quatur egressum, retentus vegetum mansuetumque
hucce provocet requiem, inculcare satagit [ξ]. No-
bis autem, in quos præsens cadit zæs quin, licet
non omnis, tamen quidam somnus, utpote natura-
lis, ex nexu causarum naturalium debito modo ac
ordine moderatarum ortum trahens, naturæ sit ef-
fectum, ambigere nec convenit nec expedit. Præ-
terea ξ συγχάρησι, si scita ejus hunc tolerarent
senium, quod ob adscendentes cum sanguine vapores
spiritus crassiores & ad motum ineptiores reddantur:
Quadantenus sed non ut generalis obtusi motus ac
seniūs membrorum, seu quietis spirituum animali-
um causa solitaria acceptari possunt. Kατ' αέρον in-
quit illud est remittendum, quod exhalationes hæ-
spirituum animalium canaliculos, ut undique illis in-
tercludatur via, obsideant: Sed existimandum est
eos non tam celeriter moveri, nec, ut in vigilia,
à cerebro ad exteriōres partes, nec ab exterioribus
ad cerebrum ferri. Uti desideratissimus delubrique
nostrī, dum vixit, Celeberrimus Medicinae Doctor
& ejusdem facultatis Professor (o) in collegio suo

ana-

(ξ) Potissimum l.3. c. 10 de caus: puls: (o) B. Doct: N. Waller.

aestomico differuit. Qui n. alioquin illi, quos somnii nuper oppressit, per contactum vel immedio-
tum, vel medium seu vociferationem, expurgis-
centur, nisi actio sensiendi organum adficiens ad
cerebrum usque perveniret, ibique delitescentes spi-
ritus animales, siis ubi fuerint adlocisti, ut ad or-
gana decurrerent, propellaret? Quis impressæ acti-
onis, ut spiritus ad membra discursat, ad cere-
brum progressionem cum omnimoda nervorum ob-
structione, nisi etiam qui ~~abducens~~ concordare facit, se conciliaturum triumpha-
ret? In subsidij etiam hic erunt succenturiati ~~inve-~~
~~batorum~~ omnimodam hanc nerveorum meatus ob-
sessionem diluendo atque deludendo expedientes.
Post hos ibunt diversi membrorum per quicquid mo-
tos, jactationes arteriarumque pulsus. Ne v. quis ob-
gannist hos membrorum motus à musculis, quando
quidam eorum contrahuntur & alii, ex adverso illis
qui respondent, extenduntur, dependere: Attendat,
quod muscoli absolute, in se & seorsim spectati hu-
iusmodi agitationis excitandæ prorsus sint incapa-
ces, nisi spiritus animales per iis alligatos nervos
concurrent, à quorum communitate, quod hic poti-
us quam ille contrahatur, promanat, ita ut ille, ad
quem plures confluent spiritus & consequenter ma-
gis inflatur, contractionem subeat: Qui v. egeno
gaudet spirituum influxu hincque tenuior & longi-
or factus extensionem admittat (π). Nec est quod
arbitrari soles spiritus à cerebro diffuentes in me-

seculorum motus conspicere; Sufficit n. quod hi reliquos, quos singuli corporis nervi pro tempore concludunt, quo horum vel istorum motitentur, dirigant; Aut ostiolorum, per quae alii manantes cum hilce adunari possint, spersionem præparent (e).

S. V. Philosophorum *τερψαχος* Aristoteles causam somni à *αναγνώσιν* seu alimenti dissipationem, quæ sursum elevata regreditur & Euripi insitæ refluit, hæc verborum structurâ esse pronunciat: *Ἐκ εστιν ὁ ὑπὸ τοῦ ἀδυνατία πάσου οὐ κατηγόρικός, αλλ' ἐκ τῆς τετραφύν ταναγνωμένως.* *Αναγνώσιον γὰρ τὸ ἀναγνωμένον, μέντος παχεῖσιν, εἴδεις αντιστρέψειν καὶ μεταβάλλειν, καθάπτειν εὐρετην.* Tò δὲ *θερμὸν* εκάστη τὸ *ζῶον* περὶ τὸ ἄνω περιφύκε φέρειν. Οταν δὲ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τόποις γένεται, αἱ θεόντων πάλιν ἀνίστρεψει καὶ καταφερεται. Διὸ μάλιστε γίνονται ὑπροσδοτοῦ τὸ τετραφύν. Αἱ θεόντων γὰρ πλὴν τόπει ὑγρῶν καὶ σωματῶντος αὐτοφέρεται, ιστάμενον μὲν τὸν βαρύνει καὶ ποιεῖ νυστελεῖν. Οταν δέψῃ κάτω καὶ ἀνίστρεψει τὸν αὐτόν τὸ θερμὸν, τὸν γὰρ ὁ ὑπὸ τὸ *ζῶον* κατένθει (σ). Vult scilicet hicce ingeniosissimus alioquin naturæ mysts, quod halitus ex alimentis super adsumitis & in chylum conversis per sua vasa calore cordis in cerebrum, πάντων ἐν τῷ σώματι ψυχεῖσθαι, elevati frigidâ ejusdem substantiâ concrescant, crassioresque ac graviores non uihil facti ad inferiora descendere incipiunt, nervorumque meatus obstipent, ut spiritus animales ad organa sensuum possint deferrî. Unde etiam

(e) *Vid. Instir. Ph. Ans. le Grand Art. 6. (σ) lib. de Vig: S. C. 3.*

jam in hoc eodem capite somnum, quod sit omnino. Et Iesu Christo auctoritate etiam Phocix, definit. Ne v. adleveratio ipsius sit clumbis, nonnullis ab experientia mutuatis ratiocinis pugnat, quae cum tela ineluctabilia complices ejus tantum non negotiorum etiam causas vibrant. Primum quod intendunt tormentum in temere sese offerentes haud frustra, ut opinantur, excusum hoc est: Comes ingesti alimenti est somnus: Auctoritas v. per vigilie, cuius diversitatis mater est vaporum respectu illius praesentia: Eorundem verò harum intuitu absentia. Post hoc Lurcones musteisq; madidos laticibus dispicieudos subornant; Qui altiori & diuturniori indulgent somno, eujus genitor vapor cerebrum incessens haud dubiè salutandus venit, adeò ut non incongruè illorum lubidini illud Poëtae stellati tetraстichon hic traxeris:

*Semper in ore cibo: manibusq; vestibus undis
Sordida qui curunt solius gaudia ventris
Grandiaq; inverso siccant data pocula fundo,
Connivent oculis vigilare nec arte valebunt.*

Dehinc infantorum somnolentiam senumque insomnibus noctibus armati turbatis alacres inferunt pedem, quid vapidus efficiat humor clamore sublato? Denique ne quod satis sit præsidii adhuc desideretur, ad invulnerabilem strenue decurritur, ingentem vim vaporum capiti infudentia, cerebrumve refrigerando eosdem condensantia: Ast clypeata hæcce acies majori nisu quam iactu ballistas suas exonerat, ita ut ejus adversarii nondum receptui canant; Licet enim

enim, si evaporatio nutrimenti sub incudem exanimis revocetur, fieri sumpnum posse, ut illi, qui copioso præprimis panticis oppulent cibo, in gravem resolvantur somnum: Non tamen hic effetas in vaporum astum, sed aliam potius causam, Neotericos si consulueris, est refundendus; Illi enim continuam sanguinis per corpus animalis circulationem educti aperire aperte nequeunt, quibus insistendo transmissibus per tota intestina ossaque compages, tanquam arctissimis vinculis constricta repagula, exhalationes haec è ventriculo in cerebrum transmitti queant; quippe qui potiorem humiditatem, qua cerebrum perfundit, portionem per arterias transire atque è massa sanguinea proxime ac immediatè instillationem mutuari supponunt (7). Ad hoc si, quos stomachus egerit, vapores per se ὑπνωποιοι dicentur, àī οὐδεν αὐταῖς post pastum tales forent; καὶ autem n. presupponit κατὰ πάντος, cui tamen rei experientia opportunum indicit bellum; persæpe namque stomacho cibis vacuo improbus labor mortales soporat, quod minimè ανατατκενάσως eructat Ecclesiastes c. 5. v. 12: מַתְוקָה שְׁבַת הַעֲכָר אֶם — מַעַת יְאֵם הַרְבָּה וְאֶל.

Et certè Somnus ab iis, quibus malentia fortuna insultat, non raro nutrimenti loco expetitus capitur. Nec etiam quod in vulgo abit adagium in animis exolevit nostris: Ήνιώσεις ἀλώπηκα ὑπνῷ επέρχεται, tristitia in eos quamvis quadret, quos Salomon taxat Prov. 4, v. 16. Et quod non minus in rem nostram esse dices: ὑπνος τείνεις

(7) Consul. Ant. le Grand, inst. Pb. de Somn. & Vig.

τὴν κακέχαλον δαμᾷ. Siu hoc anno post recens iugestam alimentiam intestina ac ventriculi nervos com moveret ac irritaret liquor gastricus ἡ αἴτοπον. His ad jice quod, cum majorem, ut plurimum, sensum fac mis, ejusque levandæ desiderium & actum brumali quam æstivali tempore, quod venter ob pororum cunctorum ab ære frigido factam obstipationem, spirituumque firmorem detractionem calidior viget, persentiscamus, in somnum multò esse mus faciliores: cum tamen huic è regione quod est oppositum partim experientia dictiset, partim virorum nec infirmi commatis judicia suffulciant. Ipsi atque citorum concectio veriorem proclivitatis in somnum rationem δικαιόγενες substernit (v); Tunc enim, quia spiritus in ventriculum, ut digestionis operi præsint, able gentur, cerebrum non potest non spiritum defectu laborans refrigerationem adeoque soporem quendam subire; qui namque adhuc supersunt, nervorum du etibus aperitis dehinendis sunt impares aut etiam eundem laxationi & inter se complicationi inhibendæ. Quapropter externæ corporis partes alimento deglutito refrigeratoriam istam vim retinendere nequeunt. Concedamus etiam quod succus alimentorum è ventriculo in venas transiens, dum sanguini admiscetur, semper illi quasdam de suis impertinent qualitates & aliis missis crassiorem eum faciat in prima sua cum illo commixtione, ita ut sanguinis particulae à corde ad cerebrum, quod spiritum animalium iacturam restau rarent, missæ, solita agitazione, efficacia ac copia qua-

dantenus exutæ levitatem ac alacritatem corporum nostrorum obnubilat; unde etiam eâ horâ ad somnum magis propendemus; Coctione a. absolutâ sanguinis ille transeundo per cor factus subtilior spiritus fortiores ac copiosiores efformat, nosque vividiores sc̄ dexteriōres ad ea, quæ nostra sunt, expedienda fingit (φ). Solio tamen causæ totalis, necessariæ & proximæ istæs deturbanda esse conclamamus. Kυπελλομάχος quod adtinet, nisi nimis levia ciboria oblivioso expleant massico, quieti huic somnificæ interdum etiam agiliores, quam si sobrii essent, admisso tamen pro consuetudinis atque temperamenti varietate discrimine, reluctantur, licet tandem spiritus animales per sensum operationes dissipati, ut nervos atque fibrillas diutius tenere tensos atque ita corpus, antequam per somnum incrementis adaugeantur, in statu vigiliae continere nequeant, diminuntur & seguelcent. Et quid mirum quod hi in κυπελλομάχοις sua methodo analyticâ à minori ad majus progrediendo morantesque sapè dies ac socias noctes complures casis sibi destinatis frangendo plures

Per noctesq; diesq; premant sua lumina somno?

Infirmior præter hæc cerebri constitutio serotam colluviem arcere nequit, eò quod ejusdem pori laxiores facti sanguinis excrementis sine obice introitum relinquent (χ). Verum hujusmodi somnolentia à natura non per se intenditur, sed propter extraneum nimium, quod vertitur in vitium. Quod insuper ex infstantum, facit

(φ) Conf. Lud. de la Forge in notis ad Rem: des-Cart: tract: de homine art: 57. (χ) Ph. Burg: de S. C. vig.

sicut ex aliis viventium recentis genitorum, plus quam
adulorum, corporibus destillet atque exhalet, non alter-
at ac plures vapores e locis humiditate scatentibus
præsente calore exsurgunt, his quidem est ad liquidum
deducta. Nec rixa diu aliena est, an humor iste fa-
ciat ut infantes somno sint dediti? cum is poros ple-
xus Choroidis aut arteriarum Carotidum crassitie sua
obducatur, iterque spiritibus animalibus oblepatur; dum
namque ab his non ita ubertim a corde provenienti-
bus cerebi medulla, omnesque ejus ductus adimple-
ti atque aperti teneri nequeunt, somnus necessariò ac-
cessum parat, sicut vela navi non raro ideo, quod
placidior venti spiratio ea sufficienter expandere ne-
queat, corrugantur. Licet igitur ingens ista in teneris
hisce humoris affluentia ad cerebrum adpellens spi-
rituum animalium motui compedes invicem porosq;
cerebri non difficulter observet (ψ): At tamen adæqua-
ta, immediaata ac universatis sit causa, νευρικῶς καὶ πε-
ριεπεμένως judicatibus decidendum comit-
titur. Sed nec illud ὄλως inconcussum manet, quod
ἀγρυπνία senectutis sit socia; Etsi n. decrepiti, qui-
bus siccius calidiusque est temperamentum, non solum
sunt Φιλάγρυπνοι sed quandoque etiam παχάγρυ-
πνοι: Illi tamen, quibus humidius frigidiusque est
cerebrum, per se sunt Φιλυπνοι.

§ VI. Proscenium iam ipse Cardanus hoc ratio-
cinio, quod spirituum & sanguinis quies permitis hu-
jus sobolis sit genitrix, præmunitus concendit: At
quam celsitavit & ille, in naturæ contemplatione

vel mediocriter versatum præterire vix poterit; Sive enim naturales (ad pronunciatum veterum si sit lo-
quendum, omnes licet partem sanguinis subtiliorum
pro sua venditent materia & qualitate, majori nimicrum
vel minori subtilitate, discrepantes diversam in di-
versis partibus accipere formam variosque ad usus
comparari dicantur) qui in hepate ex tensiore ac
spirituoso sanguine geniti per venas in totum cor-
pus distribuantur, contempleris: Hi naturalibus
actionibus nutritioni videlicet, accretioni ac genera-
tioni edendis tamdiu invigilant, subjectum quamdiu
obtinendis nos obtentis, fato non concedit; sive
in vitales ex naturalibus in dextro cordis ventricu-
lo attenuatis magisque elaboratis atque aere per in-
spirationem arteriarumque dilatationem attrahit in
sinistro cordis ventriculo procreat animum con-
vertas: Hi non modo in corde, caloris corporis
fonte, cum calido ejusdem innato praincipia actio-
num cordis sunt instrumenta: Sed &c per arterias in
totum corpus diffusi innatum singulis partibus calo-
rem fovent, excitant & augent eique perfectionem
cum quiete incompatibilem quasi addunt. Certè mo-
sus cordis dilatatorius seu passivus, quo crumenæ in
modum expanditur, & contractorius seu activus, quo
corrugatur, ipseque adeò arteriarum pulsus etiam
inter rhonchissimum tale diluet otium. Et quis si-
nè respiratione somno est locus cum Plinio percus-
tamur? Aspergitus autem adtractionem & emissio-
nem anno sine spirituum ope fieri haboleris? De-
-

num

num spiritus vitales & naturales motus promoven-
tes, nobis etiam insciis ac invitis, è cerebello ad
eas partes, quæ naturæ instinctu aut cœco passio-
num impetu actiones suas exercent, non aliter quam
in automate, ad placitum recentiorum à diaconis
effluunt (α); Vel denique si animales spiritus stri-
ctè sic dictos, è spirituum vitalium parte purissima
per carotidas ac cervicales arterias, versus cerebri ba-
sin atque inde cerebrum quæ protenduntur, instar
vaporis subtilissimi extillatos ac deinceps per nervos
& musculos in totum corpus dispersos, ut animales
functiones, sensum nimirum ac motum, absolvant,
incorruptâ si examinaveris trutinâ: Nec hi statione
deserta desidiosas amplectentur ferias. Quin potius,
uti priores subtilitate ac nobilitate: ita velocitate ac
agilitate quod præcurrant haud iniquè collegeris.
Et v. spiritus animales plurimum agitationis habe-
re nec ita torpidos, ut omni inter quiescendum de-
stituant motu, evadere pronunciat Ant: le Grand.
(β). Unde etiam primum & maximum movens à Lu-
dovico de la Forge evocantur (γ). Hæc veritatis adstru-
ctio etiamnum si tibi sit suspecta, ipsa consule in-
somnia, eamque non difficulter tibi dabunt expe-
ditam; Absque spiritibus enim si foret, nulla per
quietem subministrarentur phantasmatæ [δ]). Eadem de
sanguine tenenda est via, qui non oriosus stagnat, sed
jugi per arterias fluxu venosque refluxu delectatur,

D 3 quod

(α) Phil: Bur: part: 3. C. 1 dissert: 2. (β) In instit. Ph.
Art de S. E. vig. (γ) in notis ad Tract: des- Cart de ho-
mine Art, 15. part. 4. (δ) Vid. Coll. Burg. de S. E. V.

quod quidem è totius statuminatur, quò iis, qui
 præsens & prius genuit seculum, est certius, cum
 non facile dixerimus, an aliud ponderosioribus ra-
 tionum pharetris sit libratum. Ceteroquin quo pacto
 remotissima corporis membra, ubi alia cuncta langvi-
 do horrent gelu, si vel ferrum candens cor fervore æ-
 quaret, nisi multū longeque desideratam adq; se per
 novum sanguinem à corde detectum calorem par-
 ticiparent, sese vindicarent? Qvomodo quoq; alias nu-
 tritio, cuius tawea successus per somnum mirum in
 modum promovetur, esset sparsa absq; novi san-
 gvinis, prioris deperditi damnum restituturi adflu-
 xu, dum scil. in ultimis arteriarum, quas adluit, re-
 cessibus, quasdam sui particulas, quibus nutriantur,
 depositas membris adponit? Concoctio proposito
 ciborum in ventriculo collectorum, ut ritè fieri chylus,
 quo pacto suo, cum indormiunt, lætabitur progressu,
 et vis cordis palpatrix, per arterias sese diffundens, ali-
 mentis minutis, ut solvantur, suppetias ferat? An
 sine sanguinis motu id fieri divinare fas sit? Imò,
 ut capiunt vitium n̄ moveantur aquæ: Αὐτὸν τὸν
 τρόπον αἴματος ἀρεθῆν διαφέρει νέου χία; Illa
 namque à circumfluxu cessatio crassi non solùm sed
 etiam putidi putridique sanguinis existaret parens.
 Cum itaque sanguis per somnum & gignatur & trans-
 mutetur, tanti adparatus & perfectiones motus non
 erunt exortes,

MOMENTUM TERTIUM PRAGMATOLOGICUM.

S. I. PEriculosores præterrecti errorum syrtes, cum
 omni-

omnium Auctorum super hac re inire velle iudiciorum
 numerum χειμερινὸς ὄντεος esset, ad indagandas ge-
 nuias harum affectionum causas tenuissima expan-
 dimus vela, quod priusquam opere ipso excusat, ne
 velificatio nostra εἰνελόνειρος fit, earundem essentias
 definitionibus inclusas exprimere nobis incumbit;
 cumq; privatio præsupponit habitū, ubi separatio utri-
 usq; natura est excutienda initiu præstabilit facere à Vigilia,
 qvæ est operatio sensuum internorum & exter-
 norum, facultatisque locomotivæ à spiritum anima-
 lium in organis præsentia excitata: Somnus verò est
 cessatio actionum sensus communis, sensuumque ex-
 ternorum, ac facultatis ut plurimum locomotivæ, à
 spirituum animalium in organis negatione ob salu-
 tem animaliam facta. Licet a. acerrimè inter se digla-
 dientur naturæ scrutatores diversis non tantum sed
 etiam adversis frontibus concurrentes: Nos tamen
 modò exhibites definitionum structuras, cœu succinctas
 reliquæ exponendæ propiores, non male ad scopum
 collineaturas arbitramur. Qvarum conceptus conve-
 nientiæ seu generis noëmata, qvibus cum aliis con-
 veniunt, sunt operatio & cessatio: Conceptus verò
 inconvenientiæ seu differentiæ ac terminorum re-
 stringentium notiones, quibus ab aliis non modò,
 sed etiam à semet ipsis disconveniunt, suum efficienti,
 subjecto, formæ analogicæ ac fini imputant ful-
 crum, qvibus, quia utramque opellæ nostræ pagi-
 nam sunt completuræ, manum admovemus proprius.
 Naturalium autem excussioni supernaturem, pri-
 mam ac remotam, ita ut p[ro]xime jure postulemur inju-
 riam

ria, præferimus, quam nullus non Principium illud sine principio, independens ac incomunicabile toti adeo universo, quod sine eo misteria tabesceret, naturam relevans, nisi male sensus ac veternosus planè sit, ἀναντίρρητος esse concedet; Ut enim teste peripateticorum Apolline: οὐ Θεὸς δοκεῖ τὸ ἄττιον πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή πάσῃς (ε): Ita & hisce, quas jam evadamus, sentiuimus adfectionibus suam largitus est entitatem, qui eo ipso, quo dixit: **וז מארת ברקיע השמים לחבירו בין חום ובין חלילה וזה לאთת ולמורות וליימים ושנים (ז).**
Vigiliam diei, somnumque noctis cancellis semet inclausse docet, in cuius rei lucem Hieropsaltē (ζ) Tibi informantorem jungas, Apostolumque Tarrensem, quod καγένδοντες νυκτὸς καγένδεσσι concionantem audias (η). Quin imò adhuc animi si pendess cap. 2. historiæ creationis replices licet, & quomodo יפל יהוזה תורדמה על הארץ cornes excusse (θ). Et v. privationem præsupponere habitum, ceu dictum est prius, Logicorum nos erudit schola. Unde & illud *אֵשׁ כָּבֵד וְעִזָּה observamus, quod, licet Adamus ejusque posteritas concreato integratatis statui perseveranter adhaesisset, Somnus tamen ei fuisset necessarius, si non necessitate aboluta & consequentis: hypothetica tamen & coniequentis; si non necessitate exigentiae; At tamen expedientiae; si non ad esse: Interim ad bene esse; si non ad virium labore vel morbo adstritarum reparacionem: Ad delectationem tamen*

(ε) lib. i. Metaphys. c. 2. (ζ) Gen. i. v. 14, 15, 16. Ζε. (ζ) Ps. 104: v. 20, 22, 23. (η) 1. Thess. 5: v. 7. (θ) 7. 21.

tamen & sinceriorem voluptatem. Idque tum quia Apostolus, quem tertia cœli rota vidit, Adami meminit (1) ψυχή v. 46. χοίκη v. 47. ὅτι δὲ χοίκης, τούτης καὶ ὡς χοίκη v. 48; tum quia ei, ut pote vitam animalem degenti, locus fatigationis esse poterat, nec enim causas, quæ hodiernum adsunt, & quidem omnes absuisse faciles largimur; tum quia nox, quieti destinata, ante prævaricationem Adamiticam fuisse legitur.

S. II. Naturales deinde dictarum affectionum causas percepptaturi non videmus quid obstat, quod minus album, ut ajunt, calculum adsertioni addamus corundem, qui spirituum animalium ubiorem in cerebro præsentiam, eorumque ad exteriora sentienti organa fluxum ac refluxum jure suo causæ efficiens immediatas, ut sensus in actione occupentur corpusque in Vigilia continetur, nomine adornari contendunt; hos namque, dum copiosi in cerebro adsunt per quietem generati, glandula pinealis, si Cartesianorum, τὸ διόπτην anxiè adseqvi intentum, castra seqvi placet, in certos ut pergant tubulos eosque antea insanitos repleant, haud ægrè determinat, unde omnia capillamenta, ex quibus nervi & cerebrum sunt contexta, ita dilatantur ac distenduntur, ut, quam primum motus organi corporei ab objecto in illud agente in sensibus externalis est inchoatus, eodem prorsus momento nervi filamenta, quæ versus illam partem terminantur, motum istum per spirituum animalium currículum recipiant, receptumq;

E

ad

ad illam usq; cerebri partem, quæ animam proximè & nāj' ēχōχη ad sentiendum provocat, transmittant (x). Præterea non suda sufficit præsentia spirituum, sed idoneo nutrimento refectorum, quod succum nutritum nervamque liquorēm in cortice cerebri à langvine per glandulas secretum subministrare probabiliter colligunt Philosophi Burgundici; sic namq; à seroſz uliginis carcere libertati debitaq; instructi libertate circumquaq; diffunduntur pro. rosque ac musculos laxos & viatos sufflant: Quid tamē faustum ni nascitur eventum, hebetudine citius aggravantur (λ). Causæ dehinc antecedentes, adjuvantes, dispositivæ, promoventes unoq; verbu. lo remotæ nuncupatae, variae subnotari possunt, quas inter somno mediocritatis limitibus circumsepto suus adsignandus est locus; hic n., uti inferius videbitur, ut animalia, à functionibus sensitivis decenter cessionia, vires recuperent amissas vividioraque ad solita subeunda onera exsurgent, adcurat. Ea deinceps, quæ sanguinem subtiliorem ac tenuiorem producunt, vel multum agitando calefaciunt, atque ita spirituum animalium ubertatem procurant, inter hasce non sequi. oris esse ordinis incorrupta recludit ratio. Sic quoque ea, quæ corpus iterum iterumque motum, unde san. gvis agilior ejusq; motus velocior evadit, ad opera suscipienda accommodum formant, torporem, ar. mantiſſimum immodicæ quietis lidalem, excutient, simulque corpus ipsum à cruditatibus & humoribus super.

(x) vid. Ante le Grand. inst: Phib. Arr. 20. pars. 8.

[λ] C. 7. pars. 3. Physicæ,

superfluis vindicant. Hinc illud est quod, qui sursum ac prosum cursant, diebus subiecte noctes perusiles minori cum lucta sustinent, quam qui sedentariis incumbunt exercitiis. Quae dehinc arterias Carotidum, jugulum stringentes, plexusque Choroidis meatus aperiendi vi polent, acteque reclaudunt, ita ut spirituum inflatus non intercipiatur, hoc merentur referri. Inter ejusmodi μαυρίστας καὶ ἐγγύρων decantatur potus, Anglis ipso etiam nō notus, Coffee nominatus, quem qui hauriunt absq[ue] laetudine πάνυ χιλίων, utut studiis aut contemplationibus vacent: Cujus insolite vigiliae indefessaque animalis facultatis exercitii causam ingeniosissimus Willis in eo sitam esse judicat, quod aduersitate hujus liquoris particulæ, sanguini posteaque absque mora succo nervo immixtæ, cerebri poros, quia agiles & inquietæ sunt, explicent spiritusque quovis alio vinculo solutos, ut musis fūs diutius cum vigore obeant, acuant atque accendant: Quemadmodum πάνυ γροῦ in sanguinem torridum & atrabilarium, qui succum nervosum tostum particulisque adustis exudentem subministrat, refundit; hic namque nec cerebri poris circumscribi, nec spiritus animales blando complexu retinere valet. Non raro etiam vigiliam pro actu sumptam introducit vehementior sonitus, punctio, acer succus, aut alia quandoque causa, sensorium exterius fortius majori vi quæ percussit, dum motus iste sensui communis communicatus, ac si classicum caneretur, reliquos sensus sine exceptione expurgit, spiritusque statio-

riorum militum ministeriis fengentes, principis
facultatis jussis intenti in nervos & fibras expeditio-
mem parant: Quia tamen desiderata refectione fru-
strati sunt, amissō vigore parum prosperē suum ad-
ministrant officium, adeò ut pandiculationibus &
oscitationibus nihil sit frequentius, cùq; quod mem-
bra contrahendo ac dilatando, aquosum humorem
partesque nervosas infestantem, cum nondum satis
sit dissipatus, consociatis viribus ad laboremus abigere.
Quin etiam infirmior valetudo, conscientiæ stimuli
ac œstra infensissima atque infestissima robore vigi-
liam propugnandi somnumque propulsandi probè
sunt munita; spiritus namq; acrimonia ac ferocita-
te ex hac mentis perturbatione inductos immodicus
cerebri calor agitat, succusque nerveus, vectos qui
æqua proportione aliquatenus miscet, scelus abducit. De
conscientiæ tortura sceleris comite germanissimè la-
quirit Sallustius: *Animus impurus Deo hominibusque*
infestus neq; vigiliis neque quietibus sedari potest (μ).
Et Curtius: *Scelerati conscientia obstrepeente cum dor-*
mire non possint, agitant eos furia (ν). Eandem quo-
que ob rationem curæ mordaciores aliae, αἰτιας την
καρδιαν ἐδίγοτ, την ψυχην βλάπτεσσι pervigilium
inferunt. Unde Poëta Sulmonensis:

Non mihi grata dies noctes vigilantur amare:
Nec tener in misero pectore somnus adest.

§. III. Quia Vigiliae opponitur Somnus, generatio-
nis ejusdem, cum oppositorum opposita sit ratio,
contemplatio minus negotii nobis facillit; Ut n. co-
piorum

(μ) *Conj. Catil.* (ν) *lib. 6, c. 10,*

plosiorē spirituum animalium in cerebro cum efficacia præsentiam insomniæ principium causale efficiens proximum supplere & immediate præcedaneā adseveravimus; Ita somni causam efficientē vel deficientem in spirituum animalium absentiam transferamus restat: absentiam hic intellectam voluntus non omnino modam, absolutam & totalem: sed aliqualem, respectivam & partialem seu, quod eodem recidit, eorundem inopiam, infrequentiam ac contractionem, ita ut meatus, spirituum animalium decursui inter vigilandum patentes, concordi eorundem adfluxu non diutius inflati collabantur ac obstipentur. Nec fieri aliter potest, quam ut, dum suræ hæ subtilissimæ difluendo disparent, nec aliæ, quæ iisdem statim succedant, supersunt, nervorum filamenta una cum ipsis deficiant, concidant, seqve ipsis aliquo modo contingant ac involvant. Hinc si adsit aliquid, quod corpus nostrum aliquo in membro adficiat, impressio illa ad cerebrum, ut sensatio aliqua proveniat, percurrere nequit. Indè etiam est quod musculi ceterim hisce adparitoribus secundū quid orbati atq; ea propter laxi ac flaccidentes partibus, qvibus innescuntur, movendis admodum sint inepti. Quocirca in emusculis genas concidere, caput hoc atq; illuc declinare, poplites suum desercere officium, sensusque universos occupationum intercedinem adripere cernit (ξ). Evenire interdum & illud potest, quod spiritus, nec ita quidem pauci, in cerebro adficiant, somnus tamen obrepatur vel

continuetur: Sed tunc solito influendi vigore, debitumque motu sunt mutilati (o). Causas deinceps absentiam & detentionem spirituum modò nominatam gignentes ut pensilemus naturæ submonet ordo. In illatum autem catalogo est *vigilia* eaque diuturnior, quæcum animal per longiorem temporis tractum sensus actu continuo exercuerit, adjectâ insuper locomotivâ, langvorem membris incutit; substantia n. cerebri per continuam actionem exsiccatâ misi ditioni spirituum illasplu prædominetur, sufficiendi nequit, quemadmodum fortior ventus ad navis vela sicca, quam madida in flanda requiritur: Cum autem spiritus jam sint dissipati, ubertas in paupertatem convertitur. Sic cum terras alto tenaciq[ue] sabbulo, vestigia fallente, obrutas ingredimur, spiritus hi propter motum laboriosum absumuntur ac difficiuntur, cum quantum arenas, quæ per se non mouetur, dandum est motu, tantum corpori nostro adiungatur, adeoque per poros motu apertiores factos insensibiliter exsiliunt (π). Animi quoque labor, ut lectio & meditatio, non minus quam corporis, spiritus dispellit se immixtus, hinc etiam, ni repentina extimescenda sit ruina, eidem suæ dandæ sunt respirationes. Lectio postmodum attenta pastura sine temporis intervallo secuta somnum repente procudit; seria enim speculatio gravesq[ue] animi occupationes sanguinem versus caput, simulque cerebri meditullium majori in copia deferunt. Hinc ubi sanguis se in cerebrum insinuat, succus nervosus, qui spiritus

(o) B. Doët, Waller: (π) B. Doët, Wallerius.

tus confessim suffocat eorumque poros occupat, af-
fatum sese illuc confert (ρ). Urgens præterea inten-
sumq; frigus non omnino in hoc negotio inefficax
est, licet non ut principale, & immediatum quid;
spiritus n. frigore incrassantur & obtunduntur, pri-
fca inæstimabili velocitate quasi exuti, vel ad mini-
mum aliquæ ex parte privati. Et quod maius est: Si
motus nullus sit, ut in summo frigore, nec parti-
culæ minima corporis nostri moveantur, stupor &
mors leqvitur, nec ullus amplius sensus est (σ).
Frigori etiam concretius calor ætasq; vehementis-
simus, modò licet contrariò, ad considerationem de-
signati effecti commeat, spiritibus per pororum
aliquosq; p̄vicio motu nec torpido qvidem, foras
proruantibus, ut ipsi etiam balneariores nos edocent;
jejunium deinde in longius tempus protensum anima-
lia somno complecti adiolet; spiritus n. ut omnia alia
convenienti nisi reficiantur pabulo, pristina hilarita-
te explosa ignavescunt. Sed nec reciproca cunctorum a-
gitatio infantibus somnum dissuadet; vel qvia spiritus
placidè sustentur; vel qvia aliorsum vertuntur, duæ
sublatæ ad ea objec̄ta, qvæ supernè sese offerunt,
oculis in vertiginem quasi vertuntur, rituq; temnien-
torum consipiuntur (τ); Vel qvia hic librationis mo-
tas cerebri humores movet, qui dum in illud nervo-
rumq; orificia adpellant, obstructionem procreant:
Non aliter ac humor impetuose effusus altius incur-
rit, idque tanto facilius, quanto corpus quod intrat,

fit

(ρ) Ant: le Grand. hist: Naturæ part. 8. art. 9. (σ) Joann.
de Raëi in Clav. Phil. [τ] B. D. N. Wallerius.

fit mollius ac tenerius, uti puerorum ac infantum cerebrum sese habet [v]. Neque murmura aquarum, ingentes cataractarum strepitus, musicæ modulationē five cantionem (de qua latinorū Poëtarum decus canit;

- - In plenos resoluti carmine somnos (φ) hinc plauè excludere decet; spiritibus enim, quia

Pluribus intentus minor est ad singula sensus, in nervum acusticum, ut sures sonum accipiant, ad glandulæ determinationem copiosè properantibus, reliqua sensoria ob uberioris spirituum influxus negationem cessant. Cum a. unus idemque sensus diutius in idem objectum absque defatigatione defigitequeat, idcirco auditus ipse citò succumbit, somnusque reliquis sensibus quiescentibus supervenit (χ). Passili ratione juvanda titillatio, manuum pedumque frictio in hoc momento quid valeant s̄piuscule manifestant, eò quod spiritus ad illas partes delati vel placide sistantur; vel dissipati in fugam se conjiciant. Abductio demum mentis à cogitationibus animusque æstu majori solutes, nihilque nisi recti sibi conscient, dexterimus Somni promotor est. Hinc Alexander M., ut refert Curtius (ψ), Parmenioni se, ubi gravatum animi anxietate corpus altior oppressit somnus, tactu, cum voce non posset, excitanti respondit: credi ne me somnum prius capere potuisse, quam exonerarem animum sollicitudine, que quietem morabatur? Cum quo conferas, si libet, licet Trogi epitomatorem (ω). Ideo

etiam

(v) Ant. le Grand. hist. natural: par. 8. Art. 9. (φ) lib. 7. metam: v. 254. (χ) insp. Collég. Burg de S. & V. (ψ) lib. 4. c. 13. (ω) Jast. I. II. C. 13. v. 1, 2, 3.

etiam Syrus Terentianus, vates rimus & ad technas
singuendas versatissimum caput, formidoloso Clitiphoni
haec injicit verba; Ademum Tibi jam faxo omne metu
in aurem viramus otiose ut dormias [a]. Hinc Ovid:

Otia Te somnusque juvant, que cura negabit.

Et Palingenius: Somnos efficiunt placidos precordia leta.
Est itaque conscientiae illiteratae proditor & innoxiae
secutitatis index, non tamen certissimus. Sensibilius
postmodum defectus ut לוֹלָה נַשְׁרָא, seu nigredo
noctis, silentium, solitudo spiritus faciunt pariores
motus; qui enim sensus, cum, quod agant, non ha-
beant, sensim pigescuntibus spiritibus, ad otium se
non componerent? Lumen etiam quandoque somno
patrocinatur. Sie vernum atque aestivum tempus, quo
solis lumen cubiculi fenestras ferit, docet, nos diffici-
lius somnum abrumpere, quam dum hyems in ab-
sencia solis trepidam nos circumcingit caligine, non ta-
men ὑπνος λυσιμελης γνησιως luminis est filius, sed
per imputationem duntaxat estenus, quatenus oculi
infirmiores repente percussi frigore rursum con-
nivere ac claudi coguntur; luminis n. instantis radii
palpebrarum apertarum oculos, hisdem remittendis
inadscutatos immissione sua offendunt, clausisque
somnum admittendi ansam exhibent. Hinc etiam ubi
fulgidissimum mundi jubar non sensim, sed impro-
viso retinaculo otiantem percellit, ex parte facti ocu-
los aperiendo quandam sentiunt dolorem. Alimentum
deum non prorsus hinc sunt releganda; cibi nam-
que dyspepti in ventriculo diutiis harentes, eique

gravitatem accelerantes spiritus animales in stomacho diversantes detinent, figunt ac fistunt atque ob consensum, inter stomachum & cerebrum intercedentem, spiritus in cerebro stupescunt ac hebescunt (β). quibus connectantur ea, quae acutissimus de la Forge in notis Tractatus Renati des-Cartes de homine Art: 57. adportat, atq; §. V. momenti analcevastici euuerans intermiximus. Atmosphæra denique forsitan, in iis praesertim, quibus futuræ aliquo modo sunt latæ, ali- quid ponderis præseanti pariet rei, diversaque cœli vel nubibus obducti torvior ac tristior; vel amplissimo hujus universi oculo collustrati serenior blandiorque facies; aer n., cum in respiratione aliquo modo cum sanguine misceatur, spiritus producit magis vividos & agitatos siccæ quam humida tempestate: quemadmodum flamma etiam tunc magis est flagrans [γ]. Præter hæc incommodior corporis situs, lodicum pli- ex, cubilis durities, vel etiam vesicæ levandæ molestius desiderium somnum interrumpere possunt; spiritus n. somni tempore perpetua massæ sanguineæ per cor circulatione gignuntur eà abundantia, quæ nervorum capitulis reserandis, illisque eo modo, qui, ut filamenti extricet, animæque objecta corpori infesta dignoscendi sensam præbeat, necessarius est, sufficiat; qualibet n. molestia sensum ac motum quieti insidiante fecundum trahit (δ). Non itaq; præter rem Charidemus de Macedonum acie locuturus hisce: fatigatis humus cubile est, subnectit: tempora somni ar-

(β) Vide Ant le Grand, inst: Phil: de S. & V.

ditione

(γ) Lutov: de la Forge in notis perpetuis Art. 581

(δ) adeatur Ant: le Grand, Hist. natura: part: 8. art: 9,

Historia, quām noctū sunt (ε). Quasi posteriora priorum
 essent autolectim. Nec scio an aliud inelytum Spar-
 tanorum legis latorem Lycurgum, legum non in-
 ventione, quām exemplo clariorem, ne pueri quid-
 quam somni causā sibi substernerent, ut vetaret adegit
 [σ], quām ut primos annos non in otio sed negotio
 agentes, spretā plumā ac ostrō, asperis durisque, ne ex-
 quo prolixior esset somnus, lectis adīvefaceret; Con-
 suetudinis enim, quæ naturā est potentior, ut omni-
 um aliorum, ita etiam respectu utriusq; hujus sensuum
 adfectionis, πληροεία tantò minus auctoritatem
 emendicat, firmius quantò quilibet rebus humanis ad-
 commodatus idipsum secum experitur. Cauisatum,
 ex quibus somnus præternaturalis generator, indago,
 cum exercitatissima vexet ingenia, nos facilimè infic-
 mabit; modò namq; præter ea, quæ obiter antea recen-
 suimus, sanguis aquosior, qui cerebrum adluit, aut
 humore nutritio nondum benè disposito tumidus
 concitator in cerebrum irrumpit spiritusque anima-
 les deprimit, aut in fugam avertit; modò spiritus ani-
 males sensibiliori hebetudine contractā ultiò quasi
 collapsi cerebri fibrillas tenere tensas, vigiliam, mo-
 tum, aut objectorum impressiones tutari ac receptare
 desvescunt, quod hydropticis est solenne; modò cere-
 bri constitutio adeò est debilis, ut seri inundationem
 fugare nequeat, ut memoratum est suprà; modò aquæ
 subacidae avidius haustæ nec per vesicam emissæ lethar-
 gum, aut ad minimum alios faciliores adfectus, aut
 somnolentiam invehunt; modò cavitatum cerebri ac

arteriarum Carotidum compressio crebriorem spirituum
 à cerebro ad exteriores & vicissim ab exteri-
 ribus partibus ad cerebrum sufflaminat interfluxum.
 Hinc præde Ant: le Grand (ζ): *Si cui ligentur arterie
 aut vene jugulares interiores, is statim somno corripi-
 sur: unde fures de patibulo suspensi, quasi sopiti & dor-
 nientes intereunt.* Unde etiam carotidum nomen illis
 invenerunt; illis enim vehementius compressis caro
 gignitur. Huc pertinent pharmacia narcotica, quibus
 accengetur papaver (cujus vis somnifica passim à Poë-
 tis decantata hac ænigmatica expressione exornatur:
Et me Somnus amat, proprio nec dormio somno) utrum
 a. ob frigiditatem, caliditatem, an occultam, non
 æsthetiæ i.e. absconditam, sed χειρικῶς in ordine ad ma-
 nifestam, sic dictam qualitatem, requiem hanc con-
 ciliet? non dum bene soporatum est litigium. Mul-
 tus nec, ut putamus, infelix in frigiditatis, & qui-
 dem in 4. gradu, denegatione est Clariss. Sennertus:
*Tantum abest inquietus, ut somnifera & narcotica me-
 dicamenta propriè dicta valde frigida sint, ut concre-
 tium potius sit verum & calida deprehendantur (η).*
 Qvod probat ulterius per inductionem vini, lalii,
 styracis, seminis cannabis, nucis Mosch., nucleo-
 rum persicorum, amygdalarum amarorum, absin-
 thi, lupuli, allii &c. quæ omnia confessione cali-
 da esse & somnum tamen conciliare adfermat. Quod
 Ψηφὸς etiam fuit experientissimus noster Galenus
 (θ). Caulam a., cur papaver, opium, mandragora,
 crocus & similia stuporem insligant, somnumque ac-
 (ζ) inst: Phil. art. 20 par. 8. [η] lib. 1. pract.
 part. 2. c. 1. q. 4. (θ) B. D. N. Wallerius.

gersant, moderni in uliginosum ac copiosum hujusmodi plantarum humorē, qvi plexus sentientis poros, ut spiritus à corde proficilentes ad cerebrum, iterumqve in cerebro contenti ad membra exteriora progrederi nequeant, obstopat, transfundunt; uti nqibusdam plantis hepar, aliis liens, ne sucta exhibeat servitia, obducitur ac impeditur: Ita medicamina hæcce intrinsecè poros Choroidis plexus obse-
gandi & ut pauciores spiritus à corde ad cerebrum ablegentur procurandi virtute sunt praedita; somnia fera namqve non intrinseca tantum sumatione, sed etiam extrinseca applicatione corpus humectatione quadam perfundunt refrigerationemqve inferunt, qvæ spiritus diminuunt, eorumve motui insidias struunt. Ad eum modum, qvò Catarcho aut Rhammate laborantes humoris copia, qvà nervorum capita occupantur eorumq; ductus obsideatur, somno & marcore qvodam premit (1). Illud igitur firmum videtur, qvod opiate spiritus animales vel profligant, vel debilitent, vel fugent, ita ut major dosis, non adiuetis, aut pulsi debili obnoxiiis, aut somnolentia porrecta, quandoqve lethalis somni sit procreatrix. Per opiatorum usum minus Turcis & Orientalibus nocetur, vel qvia spiritus magis volatiles ab illorum adusto sanguine fortassis procreantur; vel potius qvia adiuetudo qualiscunqve eadem mollet, ut herba nicotiana etiam vi narcoticâ imbuta Europæos minus soporat (x). Postremo in hoc somni præterna-

(1) Ant. le Grand in instit: Ph. & hist: natur. (x) in sp: Epilos: Burgund: part: 3. c. 5, de usu ventriculi.

turalis circa nimis evacuationis; quæ in haemorrhia & dyenteria non sine dolore sentitur, immo dicæque Veneris nec demissimis expedite; spiritus namque una cum sanguine & semine, iisdem imprimis, dum effunduntur, inertem horum absentiam comitatur somnus. Quæcumque igitur, ut rem verbo in genere expediamus, sanguinem incrassant, vel refrigerant, aliōve, quicunque ille sit, modò spirituum ubertatem minuunt, vel motum eorundem compescunt, causæ somni mediæ dici possunt (λ).

§. IV. Atque ita non ut adfuit voluntas, sed ut admisit materiæ difficultas, ingeniique imbecillitas, causæ efficientis enodatione defunctis iogravit pensculatio materiæ; quia v., ut ex superioribus aliquousque liquet, præstitutarum affectionum materia ex qua [cum corpora non sint, sed eorundem accidentia, quorum essentia est inexistentia] dari nequit, ne penuria domestica in arctissimas fauces nos compellat, viam ad materiam in qua seu subjectum evadendum insistimus. Nec Philosophorum phœbus (μ) in hujus indagatione sui est dissimilis, cui sic discurrenti aures commoda patulas: *Somnus & vigilia ad eandem vim partemq; animalis pertinent, ut pote opposita; vigilia n. est ut habitus vel forma: Somnus autem vigiliæ privatio.* Ulrumq; etiam eodem dignoscimus, nempe sensu; qui n. vigilat sentit actu: Qui dormit non sentit actu sensu externo. Est vero sensus actu motio quadam animæ per corpus. Quod si vigilia in sentiendo consistat, sentire v. proprium non

fit

fit animæ, nec corporis, inanime enim sentiret, sed
 utriusq; Vigilia profectò non erit etiam propria ani-
 ma vel corporis, sed utriusq; adfectio. Id autem pro-
 bat sequenti ratiocinio: Facultas sentientis & sensus
 animæ & corpori est communis: At somnus & vigi-
 lia est adfectio facultatis sentientis &c. Unde hocce eli-
 cere licet πόροι μα: Nullum inanimatum corpus dor-
 mit aut vigilat; inanime enim anima caret: Vigili-
 a & somnus sunt affectiones corpori & animæ
 juxtam spectatis competentes. Animal igitur ra-
 tionale pariter ac irrationale Vigilæ somniique est
 subiectum medianum, totale & adæquatum, sem-
 per licet non vigilet aut dormiat. Quapropter et-
 jamnum advertas volumus, nos plantas (quippe qm
 spiritum animalium, qui non potentia solùm, sed
 etiam actu assidue consumuntur, auxilio non exspe-
 cato, nutritionem, augmentationem & generatio-
 nem absolvunt, natura etiam organis vigilæ dicatis
 destitutæ indeque nec occupationibus onerosis im-
 plicitæ tali, quali animal, quiete haud quaquam indi-
 gent) à nostra resecuisse contemplatione; ut ut n. Ana-
 xagoras inter priscas philosophorum prosopias non
 ignobilis, ab ea opinione, quod etiam plantæ somnos
 traherent, non censeatur intactus, contra qvem se ar-
 mat Julius Scaliger (v): Eum tamen non de somno
 idicōs sed ἀνύπως οὐδὲ ἀναλόγως ita dicto verba ha-
 buisse nobis persuadet Kippingius (ξ); est namque in
 herbis & arboribus aliquid etiam spectantibus ob-
 vium, quod somnum imitatur: scil: ubi solmontium mu-

et umbras, iungaque bobus demit fasigatus, herbae &
 flores folia complicant: ubi a noctem pellit dies, ex-
 plicant atque expandunt eadem, uti Cariophylla, li-
 lia, Calendulae, Tulipae similesque commonstrant.
 Quando insuper cum Philosopho proclamamus: ἐν
 μὲν ὅπερ κοινωνίᾳ τὰ λόγα πάντα (ο), temporis, gra-
 dus ac evidenter discrepantiam iis non detrahimus;
 uuum namque animal alterum somno & vigilia an-
 tevertere tam est notum, quam quod nonissimum.
 Reticeamus iam de gliribus quid complures tradunt,
 quod nempe in glirariis suis dormiendo totam trans-
 igant hyemem. Et ne quis eos per tam inexpugna-
 bilem dormiendi dulcedinem fame ac inedia debel-
 lari aut confici obgerat, hanc Thomasius interserit
 οὐδέ Φαστος (π): Sensitivis operationibus interruptis
 vegetativaे tantò felicius, aliis non illaqueantæ tendi-
 culis, quod sua interest, expediunt, atque hinc et-
 jam egregiè gliscunt ac pinguiscent, propugnaculo
 de cetero, si adpeteretur, usurus Poëtae Martialis,
 huic in modum glirem per οὐρανομήδια loquentem
 introducentis:

Tota mibi dormitur hyems & pingvior illo

Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Licet αὐτοὶ δοκῶτες Gothofredum Voigtium totis vi-
 tibus hanc sententiam oppugnantem offendimus, qui
 super hac re hanc verborum seriem necit: *Quid*
vulgatus glirium somno? falsum tamen est per totum
hyemem impinguos atq[ue] incænatos illos indulgere somno;
Obstat enim prater alias rationes experientia, ubi o-

Vd

(ο) lib. de Vig. & S. c. i. b. (π) c. de vig. & Somn.

va & gallinas byemali tempestate rapererunt & correpti sunt (q). Unde a. illud sit, qvod alii ad vigiliam, alii ad somnum magis propendeant, ex iis, qvæ ruderet modò depinximus qvalitercumque luculentum esse opinamur. Imò hisce qvod est consonum inculcandum: Temperamentorum nimitem varietatem & alias atqve alias corporis constitutionem eam debere ingredi (r); qvi n. sanguinei sunt, inqve urbanas jocorum voluptates, latitiaeq; delicias efficiunt, fortiorum pulsum ac sanguinis, qvi spiritibus animalibus fomenta adqvicit, motum sentiunt & auspicationi cum usura somno oblucentur; pituitosi v. ante præstitutas horulas νυσάγματα diligunt; reliquorum etiam non pauci, dum prius effuderunt impetum, velut amissō aculeo torpent. Aristoteles, quod ἀδηλόφλεβοι, ναράδεις καὶ μηγαλοκέφαλοι φίλυπποι sunt; Melancholici contra insomnes; παιδία σφόδρᾳ καθεύδῃ, propugnat (r), cum quo azzea eandem etiam nos inflavimus tibiam; tum quia humor calorem obtundit; tum quia organa mollia ac in certè modum flexibilis spiritus non facilè contineant, licet sub hoc luis natura seruum quid medietur. Embryones sermo noster directè non ferit; cuna οὐαγκαῖον ὑπὸν πάντας ἐγερτὸν εἶναι· hi verò propter humoris affluentiam & organorum imperfectiōnem expergisci non possint: propriè nec dormiunt, nec vigilant, sed naturalibus potius, quām animalibus actionibus destinati, vigiliā & somno ad animales

G.

fan-

(q) in præfatione ad Lector: disserr. Physicæ contra albed; nivis, (r) Bolduanus (r) lib, de Vig, & S, c. 3,

functiones reservatis, vitam nec à vigilia nec à somno, sed torpore illo, per quem, quasi mediuco, ad vigiliam transitor, iactoant. Pueritia, in qua calor minus humorem dissipat & humiditas caloris vim remissius obtundit, sua etiam, licet non tam cibra ac infanta, quietis lenimenta impensè ambit. Juvenes, in quibus calor & siccitas dominantur, cum humor aqueus, numero annorum crescente, non parum sit absimus, oleaginosæque particule tenaciore nexu inter se complicatae calorem intimus imbibant & animales spiritus fortius retineant, variis vacationibus gymnasticis operam navando corpusque motitando ἀγρυπνίᾳ salutantur. In virili ætate cum caloris nativi fervorisque spirituum qualicunque remissione vigilandi promptitudo non nihil videtur defervescere. Carteria decoctaque senectus ἀλεχτρος vel θρακύπηρος, ut plurimum, est, non quod senes intumescent egrigia spirituum copiâ; eorum namque exilitate pallidi cum difficultate suspiciose suis litant officiis, dum sensus stupescunt, animi corporisque robur senescit: sed quia multa decrepitos circumveniunt incomoda, adeo ut cum Chremete Terentiano vehementius quandoque cogantur ingemere: *Senectus ipsa morbus est* (v); quanto magis dum ex ætrumnis atque calamitatibus spiritus acriores redditii ferociores divagantur cano: q; à νύξιαι torquent, atq; ita unus idemque numero homo temporibus ac etatibus diversis, prout aliter atque aliter sit affectus, vigiliam vel amore prosequitur, vel sedio persequitur. Si porro descendens ad animalcula

nata;

natilia seu pisces fiat, nobis clara non est dari eos,
 qui iisdem dormiendo actum detrahunt: quibus au-
 tem ex fundamentis iste illos incessit animus, ipsi,
 vi opinionem solita vanitas inficit, videant: alia So-
 phorū planè Choragus incedit temere: τὰ τῶν ιχθύων
 γένη πάντα, οὐκτὸν μαλακίαν ὑπειποῦσα
 καὶ ἄλλα πάντα, οὐκ εἶχε οὐφαλμός. Καὶ γὰρ τὸ
 σκληρόφαλμα Φανεῖν, οὐκτὸν εὐτομα κοιμάμε-
 να. Εργάζεται δὲ τὸ πανταχόν πάντα. Διὸ οὐκ λόγος
 αὐτοῖς πλάκης, πόνου μετέχει δὲ καθένοιν, η δὲ
 (Φ). Est ideoque *gens levissima*, cui fatur Clauber-
 gius, quoniam eos oculis dormire apertis non adfir-
 met. Imò non multum abest, quin piscatorum sapi-
 entia nominatorum sagacitatem exsuperet, qui hosce
 squarum incolas citō, vi somnifera infectō hamisque
 præfixo, inescant, ita ut si ab eis fuerit deglutitus in
 somnum prolapsi absque renitentia in captiurorum ab-
 escent potestate (χ). Τῶν δὲ ὀσφυκοδέμων κατὰ
 μὲν τὴν οἰσθίαν, θάλεπω γένοντε Φανεῖν, εἰ καθένοις
 εἴ δὲ τῷ πλανῶν οὐ λεχθεῖσι λόγῳ, τύτῳ πειθήσε-
 ται. Et quidni (nisi forte quis ea classe animalium
 esse extrusa gloriatur) occupatiuncularum sicutum,
 ut illorum etiam spiritus, aliisque partes aliquibus re-
 focillationum cupediis vigescant ac virescant, in-
 terstitio non beabuntur? Non incommodè heic de
 Gallis gallinaceis, quos providus Dei oculus excitau-
 dis mortalibus, rumpendoque somno videtur, ad quod
 etiam affludit ἀλέκτωρ, dedit, disquititur: Quid

tempore causa physica sit, quod aliis gratia quiete pacatis, ceu modulatur Mantuanus:

Jam cecinit medium volucris Titania noctem?
 Romasæ facundiæ parens Democriti pronunciatum sagaci mente expensum non iudicatum abire finit; ita n. infit: *Democritus quidem optimis verbis explicat, eur ante lucem Galli canant; depulso n. de pectore & in omne corpus diviso & mitificato cibo, canus edere quiete satiaros, qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, favent fauibus: Rursus cantu planusque premunt alas* (\downarrow). Ast si ob cibum digestum, media nocte jam exacta, somnum renunciaret Gallus: postmodum cum genitu experientiae eundem averiaretur. Anne etiam mediæ die dum satur est, nec non à coitu crocitante voce vigiliam testatur? Recentiores istius rationem in solem, noctis meridianum prætergressum & ad auroram proprius tendentem, rejiciunt; ubi namque algidam noctis auram, quæ hactenus immota erat, agitat atque disjicit, gallus gelido ejus adpulsu excitatus a lis perstrependo cantum exorditur. Licet nec vetustorum quoquidam hac super re conclusio plane illis sit invidiosa: singulis videlicet animalium speciebus peculiarem competere instinctum, à qualitatibus & temperie, unicuique speciei propriâ ortum, atque consequenter gallinaceo, vinativi sui temperamenti, quod præcalidum est & cibos facile digerit, ut ei ordinariè circiter medium noctem solvantur sensus, eodemque tempore à proprio phantasix instinctu cantus & alarum plausus imperentur, convenire. Quidam suam

facit

facit Magirus [a], postquam ternas horas, gallis hisce
 à nonnullis designatas, tanquam fictitiis experimen-
 to Scaligeri Exer: 218. judicatas expeditiorārat ex animo.
 Somnus etiam leporē p̄cipue inter gressilia famā
 notavit; Physiologi n., atqve nominatim Plinius eum-
 dem patensibus dormire genis memorie prodit (a),
 quandoquidem animalis hujus, timiditate inter cetera
 notabilis, somni levitatem vel levissimum illudat strepli-
 tus, quis ex causa levissimum à Xenophonte dicitur, &
 λαγώς καθεύδων in illos quadrat, qui somni speciem
 exquisitæ eorum, quæ geruntur, animadversioni pre-
 ferunt, seu qui quod non faciunt sese facere fingunt,
 vel quod agunt se agere dissimulant. Hinc qui palpe-
 bri vel naturā, utpote nimia brevitate oculorum
 pupillas detectas relinquentibus; vel morbo v. gr. ul-
 cere aut vulnere contractis somnum captant, more le-
 porinō dormire perhibentur, quos videre & non vide-
 re contendunt Cartesiani: vident visione scil: inchoa-
 tā, imperfectā & primo quasi sensus gradu, quem
 motum organi corporei esse ponunt, ut si luna vel can-
 dela in dormitorie accensa immisis radiis oculum
 non bene clausum leviter adficiat: non vident, secundo
 & tertio sensuum gradibus pereptione scil: & judicio,
 nisi motus hic vehementiā sua quietcentem excitet,
 excitatumque animā aliis non impediat phantasmati-
 bus, suis restituat musis. De leonibus idem, quod de
 leporibus, tertium ni excesseris perhibereteneto. Una-
 de portas & templorum magnificarumque domorum
 claustra leonum, rictu conspicuorum, effigie vigi-

Iantiam excubitorum adumbratur honestas. Nos licet arctoi orbis incolae etiam aliam, quæ omnes & singulos in subjectissimam admirationem rapit, veneremur causa.

S. V. Paucissimis pro re nata subjectum quod & remotum, cum actiones & passiones sint suppositorum, perspectum comitatur subjectum proximum & pars integrans, seu sedes vigilie ac somni propriæ. Profundissimus Helmontius vitæ nostræ corporalis regiminis operationem in hypochondrio i. e. splenite atque stomacho, duorum viratum constituentem, omnibusque aliis membris ac partibus imperante, quia omnis dementia incipiat, atque ab ipso ægro adicentura præsentiat in hypochondrio, statuere non dubitavit, sibi constipulari putans Hippocratis aphorismum: *Fortis pulsatio hypochondrii instantem denunciat amentiam.* Si erga dementiae ætus inde scaturiat, intellectualis utique facultas inibi fixit palatum vi axiomatis: *Eiusdem partis est functio sana, cuius & virtus, ac verba vice. Amentia quoq; omnes, soporum solummodo astiecas si excipias, somnum tollunt comitemque individuum vigiliam habent. E. somnus & vigilie in hypochondrio itidem stabuluntur. Sed disceptationis hujus ab auctore diductæ lines mentis oculos animumque pascere hodierna perspicuitas, philylræque angustia vetat.* Os Philosophorum Aristoteles principium sensus, motus atque adeo vigilie & somni esse partem circum cor & alvum, pluribus suffultus sicutneis tamen fulcris statuminavit, quæ antea à nobis inclusa nunc pagellarum impatiens

entia facta litora excludit. Galenus a. tantò victo-
riosoribus confligit armis, quanto plures tandem
ei lese dedunt; is quippe arte anatomica non prole-
tarià Cerebrum, non cor, esse πρῶτον αἰσθητικὸν de-
rexit, adeoq; vigiliam & somnum non cordis sed ce-
rebri affectiones adseruit, ratione potissimum à ner-
vorum & spirituum animalium propagine desumptā:
Unde nervi & spiritus animales suam trahunt ori-
ginem, inde operationes sensuales esrumque cessa-
tio deducendæ sunt: At è cerebro E. Deinde quod à
somno opprimitur, illud à sensu & motu cessat: at
cor non cessat à motu, sed semper, etiam cum ho-
mo dormit, palpitat; E. cor à somno non premitur.
Subtilitatum magister Scaliger huic opinioni infen-
sus non aliter tumultuatur: Galenus irridet hoc futili,
ut pleraque alia Aristotelica, insultatione. Nunquam,
inquit, cor cessat. Ita sophisticè procedit à parte ad
totum, aut aliam parcer. In corde namq; multa sunt
principia primarium est vicale: Secundum illud mo-
tivum. Hac nunquam cessant, neq; somno impediun-
tur aut intercipiuntur, neq; sunt τὰ πρῶτα αἰσθητικὰ,
nam si sunt τὰ πρῶτα αἰσθητικά. Sed aliae facultates
operosiores atque posteriores: Τὸ αἰσθητικὸν, τὸ νοητικὸν, τὸ γεννητικὸν (β). Verum heic ultra decorum tu-
multuosus ubique petit principium, medicosque ocu-
lari demonstratione, quod cerebrum primum sit
sensorium, per celebres insulæ irritat. Dum parites
Galenum sophisticè à parte ad totum aut aliam para-
tem progredi docet, ne quicquam dicit, Aristoteli
dum velificatur, illepidè altercatur, principiumque
(β) Ex. 289.

sensitivum in corde esse frustra praeliatur. Dehinc
 quando intellectivum indiscriminatum & absolutè
 per somnum suspendi decertat, modum verborum,
 pro cā, qvā erat subtilitate, ἀκεβός tenuisse non
 videtur; antea namqve, qvām auctoritatem defu-
 gere nequit, exclamavit: Somnum non solum ad cor-
 poris recreationem sed etiam ad animæ libertatem à
 Deo esse factum, mentes n. solute non à corpore sed
 corporis penso res suas agunt. Seipſas n. movent arg-
 etiam promovent ad finis sui effigiem: Que sunt olim
 coram contemplature. Non E. somnus facultatem a-
 nimæ intellectivam subplantat. Demum dum tam
 subtiliter quod procreativum per quietem hanc præci-
 datur, somnusque ad animæ vegetativæ actiones re-
 feratur, argutatur, in somno hocce dormitat ipse. Nec
 amplius illud Aristotelis, quamquam operam ejus a-
 liogquin non parvi deputamus prelii, magis facimus:
Somnus inest toti animali E. non solum cerebri est dis-
positio: Si somnus inest cerebro, non animal sed cere-
brum dormire dicetur. Cum, si habenæ lubidini ejus,
cor primo sensorio delegantis, essent laxandæ, idem
ei quilibet occidere aulis. Kani Biaic adhuc rege-
ratur: Oculus videt E. non animal. Quem ignora-
tio Elenchi delassabit? Anne huc introducenda est
oppositio & exclusio, potius quam subordinatio &
inclusio? Quam nimis intempestivè credulâ aure
eunc observaretur metaphysicorum Canon: Quidquid
prædicatur de parte, prædicatur etiam de toto! So-
mnum itaqve & vigilia primariò cerebrum in toto
animali ita adficiunt, ut propter eandem affectionem

totum animal somno sopiri & expergesieri censatur,
cum affectiones propriæ ad proprium subjectum
sint referendæ.

§. VI. Quia igitur hactenus cerebrum, sepultum à A-
ristotelis, ratione hujus scrupi, sententiâ, primum
sensorium & vigiliam à iunctu etatibus lúciv somnum
que ejus καράλην τεχνή τὸ μὴ δύναται ἐργοῦν τu-
di penicillo delineavimus: Succedit nunc ut quām
cerebri partem principaliter occupent, ita tamen ut
quilibet suo sensu luxuriet, perstringamus. Ast non
aliter ac si Eridos potum esset projectum, εὐτόνως
ad concertandum catervatim contolant eruditis;
nonnulli enim iis patrocinantur, qui vigiliam ac so-
mnum non tam in ipsa cerebri substantia, quam in
anterioribus cerebri cavitatibus contingere ac incho-
ari suffragantur, nec suorum argumentorum, quæ si-
mul obtuit exponuntur, gravitate cassi (3); Si n. di-
ctæ cavitates claudantur aut opprimantur, sopor è vesti-
gio animal constringit, substantia cerebri manente im-
mutata: Sin devenientur, expergitur. Iis. quæ potan-
do itidem exhauriuntur naribusque adponuntur, somni
inferendi vis non est exempta, licet substantia cerebri
temperatura hisce non dum queat imbui. Partes dein-
de cerebri extrema intemperiei cœli aliisque offensionis
modis facilius paterent, atq; ita somnus irreperet, cuius
tamen negati eventus testis est experientia Hisce super-
adde, quod substantia cerebri pars, ut nullum inde so-
mno accidat nosumentum, evelti posse. Quod insuper ca-
vitates anteriores plurimum adhiciantur, non unum, sed

H

pluræ

(3) Vide Th: Erasti disp. de S. §. 21.

plara, hocc declarantia, coacervantur documenta; organa n. sentiendi, qua capitis parti anteriori sunt vici-niora, magis distinguntur. Adfectus etiam soporosi finitus, quām occipue, sāpius infestans, ut Medicorum Cory-phæus ait (γ). Quocirca ei potissimum parti medica-menta applicant, idemq; cum Somnus irritabitur, ten-tant. Hæc quoque capitis pars, quiete intercepta, magis ingravescit sāpiusq; adverso quām averso corpo-re concidunt, qvorum oculi somno connivent. Denique soporosis affectibus vexati non aqvæ, sc illi qui spo-plexia obnoxii sunt, frequenter paralyti percelluntur: nexus nodi hoc modo solvit, quod in his superior, in illis anterior cerebri pars quādam percipiatur offen-sionem. Alit, quibus adnumerantur Philosophi Burgundiani (δ), obstructionem, qua somnum conciliat, non in ventriculis cerebri sed cortice ejusdem ac parte cinerea porissimum fieri conantur et incere, quis in soporosis affectibus ut leshargo seu veterno pars cerebri cinerea ubi-ori sero plerumq; obruitur. Unde veternum oblivio ipsa sequitur. Eger in morbi ipsius declinatione si forte ex-citetur, rerum omnium oblitus videtur, adeo ut eadem sit Somni & memoriae sedes: Unde opit usus immodecum memoriam ledit. Neque ad ventriculos cerebri bi-adsen-tus pertinent. Nam in multis ex hydropoe cerebri mor-biis cavitates cerebri aquā distente reperiuntur: cum ab omni adf. etu soporoso fuerint immunes. Cartesius ejusque sequaces diversam hanc cerebri dicitur, vi-gilie somnis rationem tuentem, ad ipsas cerebri ca-vitates diffundi adstruunt; eo n. ipso, qvō, sensum com-munera

munero in constrictio h. e. media ac intima cerebri parte
 sedem sibi elegisse uno ore praedicent, Vigiliam So-
 mnumq; primi sensorii vinculum, et penetrare ut fa-
 tesur restat, licet hanc ob rem sua ipsorum latera ab
 improviso Burgundionum incurru etiam num munire
 necesse habeant; hi etenim glandulae hujus, in qua ten-
 torium suum sensos communis fixisse sicutviter, mo-
 bilitatem ante omnis quam maximè refellunt [ε]: Non
 n., ut sibi persuasit Cartesius, inquietunt, ea est in medio
 penitus, sed arteriis & venis imo & plexui membranoso,
 qui Choroides dicitur, est affixa, nullis venis aut fibris
 suspensa: deinde jam ostendimus ventriculos cerebri non
 esse velut promtuaria quedam spiritum animalium, quod
 hanc glandulam jugi motu vel statu quodam impellant:
 sed serosus humor per eam cerebri cavitatem, que una
 est, licet in variis partes divisa, defluit per infundibu-
 lum quoddam in subjectum glandulam, que in basi cerebri
 sita est & pituitaria dici solet. Sensus tamen com-
 munis habitaculum esse partem cerebri interiorem,
 missa de certa sede controversia, exinde quod pars
 candidior nihil aliud sit quam fibræ nervorum expli-
 citæ, conjectare volunt; nec n. ambigunt quin anima
 sensitiva ibi potissimum operationes suas exserat, u-
 bi spiritus majori puritate, subtiliori elaboratione, ces-
 tiore influxus ordine, nervorumque ostiolis sunt potiti.
 Verum Antagonistæ, ingenii acumine non aliis se-
 cundi, illacessitatem priorum illationem postmodum ex-
 stirpare taliter sunt adgressi: Si persolvibile foret o-
 manes cerebri partes æquæ in animali vivo, ac in ca-

pite vituli mortui compressas esse, illis manus darent,
quod tamen fidem excedit. Multitudo plexus Cho-
roidis arteriolarum, quae se ibi exonerant, eam esse
scaturiginem spiritibus abundantem ostendit. Licet
deinde nervi glandulam non tangant, cum ita sit,
ut illis affectis haec inde simul adficiatur, via ad tri-
umphum iis est munita: Quin in modo, si omnes nervo-
rum fibrae ex glandula egredierentur, objectorum im-
pressions essent confusiores. Suspensta præterea in
cerebri meditullio eo sensu dicitur, quod neque la-
tera, neque superior, neque inferior pars ventriculo-
rum ipsius agitationes suo remorari possint attac-
tu. Est ergo in ventriculis cerebri non tanquam in loco
excrementorum: Sed ubi fit separatio eorundem,
dum particulæ sanguinis subtiliores à crassioribus se-
cernuntur. Uti prolixè hac super disceptatione con-
ceperat suos nudat Lud: de la Forge (5). Quidquid tan-
dem sit, quod sensus externi ab hoc communi de-
pendeant & tanquam circumferentia circuli sese ha-
bent, atque ad hoc tanquam suum centrum objecta
discernenda deferant Atticus testis est ipsa experientia:
Scil: uti omnes lineæ à peripheria ductæ in centro con-
fluant: ita omnes sensus exteriores eorumque phan-
tasmata in hoc concurrunt, ita ut ibi sensitivæ po-
tentiaz operatio fiat perfecta. Licet a. tam arcta ac
concors inter sensus externos & modò nominatum
internum sit connexio: Tamen tamen absit, ut in-
ter externos expectetur, ut potius desperetur; non

B. unus

(5) in not: perpet: ad tract: Renat: des - Cartes part: 9.
art: 63. Et in suo tract: de mente humana C. 15 § 27. Et seqq:

a. unus alii tanquam judici, ut sensus exteriores sensui communi, suam deferunt dependentiam. Hinc uno sensuum officio suo incumbente, aut nonnullum mittente, non reliqui statim operationibus suis intersunt, vel defuntr.

§. VII. Materie itaq; in qua sive subjecto, uti festinatio & vites fractae permisere, postquam immorati sumus, ne ordinis turbati nos pigerat, ad formæ considerationem digredimur, eandem hic, quæ in causa materialis arcano adeundo cecinimus, repetentes cantilenam: Non formam aliquam propriè sic dictam, sed analogiā proportionis irradiatam, quâ formalitas, modus ac differentia harum, quæ paginas nostras replent, affectionum inter se & ab aliis dignoscitur, vensilandam submitti. Formalem itaque nititionem vigiliae ponimus in eo, quod sensus non minores interni, quam externi autoparos suas sustineant excubias, dum sanguine in cerebrum sublato hi animantium functionum satellites exstillati novique restaurations incrementis ovantes cerebri substantiam mollem ac flexilem & ventriculos ejus inter dormiendum valde angustos eâ abundantiam ingrediuntur, ut glandulam pinealem atque totum nervosum systema, quod dum quies artibus blanditur, quasi exinanitum, colapsum & remissum erat, distendant atque expandant, quò sensuum organa anteâ otiosa, excessâ depressione, spiritibus objectorum, in corpus agenitum, impressionem ad globose cerebri partis incolam, sensum scilicet communem, translaturis enixè utansur. Ne quoq; omis-
serum virium de loco in locum motricium nos as-

quas, eas non excludendas sed includendas esse con-
 stentur, dum scilicet spiritus per nervos & certas quas-
 dam fibrillas, quae ab origine sua ad partes corporis
 vel multum distitas integræ ducentur, usque inle-
 guntur, animæ jussa effectui daturi in musculos vol-
 vuntur. Nec insiciati fuerimus locomotivam, citò
 licet transeat, nonnunquam citra animæ mandatum
 & intentionem, dum animus aliorum its est distra-
 tus, ut nobis insciis promoveatur, exerceri. Qui ita
 que seriâ estimatione, quid in hanc partem subjici-
 at experientia, pensat, quin similitudini, quâ vigilia
 cum aquæ in mari vel flumine fluxu componitur,
 seu plausibili adnuere velit ac possit, animi non somus
 incerti; deprehendit n. quod vigilantes objecta,
 quæ visu concipi possunt, contemplentur, sonos pa-
 tulis recipient auribus, à tactilibus quod moveantur,
 sensibusque internis, subtiliorum ministeriorum fa-
 mulis, non parcant. Quis vero hæc sine spirituum a-
 nimalium iodesinenti per meatus suos cursu expediri
 augurabitur? Somnum a. è contrario in hoc colloca-
 mus, quod sensu omnes externi, & ex internis com-
 munis, quasi ligati pristinis seje abdicant obsequiis.
 Quod cum ex his, quibus hæc subjicimus, quodan-
 tenus eloceat, ne Κορινθη διεφθαρεται hæc
 ce notasse sat sit: Verisimile nempè esse cerebri glan-
 dulam inter dormiendum fore minorem, ventriculos
 cerebri & plexus foramina compressiona ac angustiora,
 omnes cerebri fibras laxiores & magis vietas, quam ubi
 vigilatur. Quapropter objectorum externorum actiones
 maxima ex parte ita, ut ad sensum communem non defeo-
 ratur

rantur, negliguntur, nec viciissim glandula fibras istas
 eā spirituum copiā aut motu, quō inter vigilandum, do-
 nare potis est: Spiritus scilicet ex corde in cerebrum adscen-
 sūrī inopiat multati, cum magnam eorum multitudinem
 vigilie functiones dissiparent, intercepterant, perve alias
 causas debilitarant, nec glandulam diutius turgidam
 reddere, nec cerebri ventriculos dilatare, nec plexus
 maculas distucere, nec cerebri filamenta, quo minus fa-
 riscant sibi, quodammodo inbereant, dimovere valent,
 ut objectorum impressiones recipi ab eorundem extremi-
 tate una & communicari alteri queant, siue fibris meos
 ipsis, musculos inflaturis, irreprehensus prebeatur trans-
 ius. Contingit quidem saepe numero, ut spiritus quasi
 dam fibrarum etiam dum dormimus a se invicem se-
 gregent, & quidem nonnunquam magis quam inter
 vigilandum atque nichil in musculos quosdam proflu-
 ant, eosque magis quam eorum vicinos, semper in-
 terim clausos, infleant: Unde motuum istorum, quibus
 animalia somno marcescentia subjacent sunt artifices,
 qui quandoque (quoniam spiritus, phantasiā illo tem-
 pore per objecta forinsecus non distracta, neutiquam
 exorbitant neque retroferuntur quin semitam, quam
 inclinatione ac primitate eorundem monitrice, decur-
 rent, emetisunt) melius ac hominotergas, quam si
 vigilarent, sunt. hinc somnambuli ejusmodi effecta,
 cuiusmodi vigilantes, utpote timore aliquaque adfectio-
 bus infecti, nequivent, edunt: ita tamen ut non exper-
 geant h. c. ut reliqua cerebri fibras non idem, qui
 vigilie tempore est, maneat status; quia fibrarum aliis
 ab aliis segregatis, omnes nihilominus, quae ad aures,
 oculos

oculos, allumve sensum ferunt, dum interius reliqui
operantur, possunt esse detenere atque relaxari. Proin-
de tamen si noctambulones durante adhuc somno ali-
quantis per ratiocinari, aut interrogati nec ineptè qui-
dem respondere possunt: id tamen raro atque ex ac-
cidenti solummodo contingit. Cum, si auditum usur-
parent, non videamus quā ratione dicantur dormi-
re. Nec quilibet intermissio actioni sensuum inter-
veniens pro somno estimabitur: sed illa dura-
zat, quam capillamentorum cerebri relaxatio gigavit.
Perhæpe evenit quoque, ut perfecta ratiocinatione at-
que discurso somnum illustremus; coctione namque
fermè ex toto absoluta, numerosiores spiritus ad σω-
μα καροειδες adtollendum & ne subsidat inhiben-
dum intrant, atque tunc anima, motuum suorum
domini, idem quocunque vult inclinare potest. Cum
autem dispositio, quam somnus supponit, per totum
cerebrum est æqualis, somno premimur profundiore
sue motu & somnio. Somnus proinde haud male
aque consistenti adsimilatur; scut n. aquarum par-
tes, ad palatum Neotericorum, materiæ subtilis mo-
tu cessante, arctius, quā ut alias ejusdem mate-
riæ particulas recipere possint, conjunguntur: Ita nervi
fibræ ac musculi subtilissimorum horum spirituum ē ce-
rebro & in cerebrū motū intermixantiū intertrimes-
to siccescentes motu generaliter truncati complicātur.
Hinc sensus dicuntur ligati: Ligata s. quā talia cum
motu stare non possunt. Qvia deinde in formalī no-
stro de somno conceptu, ex internis sensus commu-
nis negotia acceptabili & ad vires relaxiendas com-
posi-

posito discuti otio, diximus, ne quis sibilō explodat phantasiam & memoriam, nec eadem alto involvendae sunt silentio, adhibitā inter somnum profundum minusque profundum distinctione. Illo temporis curriculo, quo somno citra somnium fruuntur animalia, memoria est ligata: ubi vero non ita altè consopiuntur, phantasia & memoria simul sunt libera, ceteroquin dormitioni somnia intermiserent nequirent, cū his nisi phantasia & memoria opitulentur, nulla sint.

S. VIII. Cum vis cogitandi somno indulgentibus à quibusdam concessa, ab aliis verò negata eruditorum animos ad iugum effictim inflammat, eorundem argumenta ultro citroque jactata hac occasione non sunt consopienda. Toci recentiorum Philosophorum Choro in ore est: animam humanam in profundissimo somno cogitationem non eliminare; quia n. mentis essentiam in cogitando h. e. volendo, dubitando & percipiendo sitam esse magno nisu propugnant, ne avertuncaitā ejusdem per somnum quidditate, res destruatur ipsa, eodem mentis ardore totam certaminis planitiem percurrunt. Verba pro ipsis facit Claubergius. Contra quem Thomasius, ut homo cum sententia quatatur foras, insurgit, cujus potissimas rationes nunc in propositulo habebis: quoniam intellectus noster dependet à sensu, hoc cessante cessat & ille, quo sit ut in somno profundissimo intellectus quoque sit otiosus; si namque propositio illa: anima humana est substantia cogitans de actu intelligatur, ut hic emergat sensus: hominem absq; ulla intermissione naturali quadam necessitate cogitaturum, alias, si hic actus suspendatur, peritu-

rum, falsa est & principium petit. Quod si a. Claub. sub-
 intelligat potentiam, ut veram adprobaret Thomasius,
 ita tamen ut nihil inde conmodi, cœu opinatur, in senten-
 ciam Claubergianam exundaret, cum à potentia ad a.
 Etum argumentari inconsequens sit consequentia. Hinc
 esti animal non male definitur per corpus sentiens h. e. fa-
 cultate sentiendi instructum. Exinde tamen per quietem
 profundissimam sentire & alioquin perire aπροσδιορύτως
 compurares: ita hinc, quia homo est substantia cogitans
 i. e. cogitandi facultate predicta, cum semper cogitare,
 οὐκόπις ratiocinareris. Sed Thomasius audet sic ne-
 διον προσκαλεῖ, nec n. alias alacriores Neoterici, da-
 tam definitionem: animal est corpus sentiens, ne titivi-
 licio redimendam prælumentes, similitudini de figu-
 lo sumta obviciunt, cœu id palam faciet Anton. Le
 Grand (7). Fremebundus adhuc pergit Thomasius: Si
 anima, dum somnus somnium exspuens nos incessit, co-
 gitationibus sese macerat, earum somno depulso habere-
 mus conscientiam: sed falsum est consequens E. & ante-
 cedens. Ob id postmodum serio triumphat, quod Clauer-
 giu huic objectioni à se prævijs non sati fecerit tametsi
 aliquid in hac verba oblocutus est (8): Quod a cogitationū
 nocturnarum, quas dormientes habuimus, matutinō tem-
 pore non recordemur, id minimè probat nullas fuisse; so-
 lemuis enim non modo somniorum sed & cogitationum,
 quas vigilantes habuimus, haud raro obliviisci, licet in-
 terim somniasse nos, vel cogitasse certi simus: Quoties
 n. non recordamur cogitationis alicujus praterite ad sen-
 sum pertinentis, manifesto id argumento est vestigium

ejus

(7) Inst. Pb. c. de mentib. hum.; (8) Claub. Pb. Con. § 2048, c. 69

ejus distinctum vel profundum cerebro non esse impressum, quorum alterum in cerebro dormientis vel infantis facile contingit. Id ipsum secum stomachatus Thomasius ulterius: Si sub illo praetextu, quod rerum, quae tenerim aetate nobis contigerunt, oblivio nos corripere solet, de infantibus, quod cogitarent, cogitationum licet sint obliiti, licet concludere: fenestra quorumlibet portentorum commentis aperiretur. De hinc admiratione suspenditur, quod in tot hominum myriadibus multi licet extiterint, quibus vel minutissima somnia exhibuerit memoria: Nemo tamen adhuc sit datus, cui totam somni, etiam vitiorum nocturnorum ignari, vastitatem se cogitando transmisso, memoriam revolvere fuerit integrum. Dehinc iste cogitandi actus aut liber fuerit aut necessaries, sed neuter admissi potest. Nec friget Recentiorum aduersi corroboratio, cuius stamina diducit Ans: le Grand (1): Nihil nobis in somno accidere. statim inans, quod directe ab anima fit, cuius non simus conscientes, nec retrocommeare hosce loquendi modos. Nos cogitationum nostrarum esse conscientes: Et earundem in posterum meminisse; plus non requiritur ut rei alicuius recordemur, quam ut illius simus conscientes; ut non recordemur, illius species atque vestigia in cerebro nostro relinquer, ad que reflectendo nos postea recordemur: ut a. cogitemus sufficit, si nostra perceptionis seu cogitationis sinus conscientii, quod non solum dormientibus nobis accidit: sed et ipsis pueris in utero materno, cum non dubium sit multas cogitationes eis habere et eorum mentes in ideis caloris, frigoris, titillati-

sionis & doloris, que ab unione illius cum corpore oriuntur, occupari, quamvis, que cogitaverint eo tempore aut passi fuerint, postea non recordentur. Demum si anima cogitatione per somnum non gaudet, aut cogitandi potestate est spoliata, aut cogitare non vult: Si illud interpretet illius essentia, in cogitatione posita: sin hoc, quia velle & nolle sunt modi percipiendi & ubi perceptio, ibi etiam cogitatio, illam cogitationes exercere sequitur. Nec plus spinarum vepriumve exinde, quod concipiamus animam ἀδιαλείπτως cogitare, nullulat, quām si dicamus: lucis esse assiduē lucere, calorisque esse calidum. Quid & validissimum hinc confabricari posset scutum, quo immane Psychopannychitarum delirium convelleretur. Posterioris hujus sententiae intrepidus, dum in vivis fuit, mansit Vindex B. D. N. Wall: Nos ne videamur Φερεῖν τὸ εἰπὲ σῶφερεῖν netinēm illorū de ponte dejicimus, satis habentes innocuam nobis reservâsse animi conceptionem.

S. IX. Quia Deus & natura nihil agunt frustra & insuper ἀπειρογενὲς ēst: αἰτια ὄντων, causæ finalis expressioni non est quod laxemus stylum; Cum n. omnia referenda sunt ad Deum, que sunt a Deo, hujus gloria finis est absolute ultimus: finis autem in suo genere ultimus est sospitatio ac conservatio animalium. Unde hi negotiorum ac otiorum circuitus in animalibus, cum tamen motus cœli fluminumque; talis sint necii mutationis, quādam explicatioνis Δικαιοδοσίαv videntur postulare: Ast eò remissior het solutionis exposcendæ amor, qvō intentior fuerit ordinem animalibus a Deo præscriptū ruminandi ardor:

Quod

Quod caret alternâ requie durabile non est :

Hec reparat vires fessaque membra levat (x).

Quapropter nūs oī pī θ̄u ήμῶν ēis ἀνεον καὶ ψυχὴν
διηρητη. Kai Δλὶ τέθ̄ δ μόνον ἐγενήσοται, αλλὰ καὶ
ὑπνος ἐνρέθη. Kai σώζεται μὲν τὸ σῶμα ἀνεῖαι καὶ
πληρώσει· Ψυχὴ δὲ ἀνεσει καὶ πίνω. Perbellè in hanc
rem Poëtarum Aurora :

Oria corpus alunt, animus quoq; pascitur illis,

Immodicus contra carpit utrumq; labor [λ].

Et Statius :

- - - - Vires instigat alitque

Tempestiva quies, major post oria virtus;
animata u. sensitiva, qvæ ad sentiendum, sese movem-
dum, & agendum principaliter sunt nata, hanc susum
spaciam ampliter exornare decet: At verò citra æ-
rumnarum metum, tandemq; πανωλεθρίας fune-
stum ἐπφάνημα constipata vigilantium onera ἀνευ
πίνων δέρτυναλς humeris suis aptare nequeunt; Ce-
rebrum n., qvod certos nutrimenti, rigationis ac qvi-
etis anfractus desiderat, continua intentione & ipso spi-
rituū æstu debilitatum admodum languescit; nervi co-
nervantur; cor, præprimis a. de homine loquimur, adse-
stū turbinibus, typhonicisq; mærorū insultibus exare-
scens contabescit; concoctio aliquā amandatis spiritu-
bus frigescit; terra ac exitialis cruditas, dū calor mem-
bra foturus fugam adornat, irrumpt, corpus vitio-
sis oppletur humoribus; sanguis feculentio: formatur;
spiritus, qui massam sanguinem, ex qua exstlicantur,
imitantur, vappescunt vel evacuantur; demumque in-

tegris stimulis machina in praesentissimum conicitur
discrimen. Hinc adpositè Sveci: Somnilesa natuer for-
maga lñvit. Experiuntur id ipsum præ aliis illi, qui
vigiliis in multam noctem extensis fuliginem lucubra-
tionum imbibunt indeque nazogóμαχοι plerumque
sunt; nec plebeculae rario animales vires exercendi
Imperus hanc ægreditudinis feritatem compescat (μ). Si
a. membra laboriosioribus occupationibus lassa ac ex-
sangvia somnus, ὅτις Περιφυση σωματος σωτηρία, curat,
sensus non sine letitia sua agitabunt halcyonia; cere-
brum solita spirituum dexteritate turgidulum ani-
mam non ad spem modò sed etiam actum faustè
peragendarum functionem erigit; Cor passionum
impulsibus ereptum Syncope ac diastole suā sanguinem,
collega calore ac fermentatione, defecatio-
nem, ut singulis membris idoneum nutrimentum
arteriarē admetiantur, egerit, artus ob diurnos æ-
stus aridos irrigans; digestio, quia calor, & spiri-
tus, ut demum prono quasi alveo in sensum or-
gana reliquasque partes se diffundant, colliguantur,
optato non frustrata eventu, cruditatem exesse man-
dat. Atq; ita animal, sibi spirituum quā divinā, ne-
scio, opulentias, vigore ac perniciitate celebrium, lu-
minis in morem diffusorum, novas, repentinae, mi-
gasque vites effabricantium patrocinio, excubiārum
viciis ritè defungi potest. Brevissimè: Somni utili-
tatem decantat concoctio prima seu chylificatio; fe-
xiente v. facultate animali, naturalis cō validius o-
peratur, ita ut ejus κοντάζειν hujus dicas κοντάναι. Ean-
dem collaudat concoctio secunda seu sanguinificatio.

Hanc celebrat coctio tertia, quam calor communica-
catus per ~~receptaculum~~, ad locum, sub receptaculo seu ~~recep-~~
~~torum~~ nigrum operis locum in modum promovet. So-
mni usum magnificat sensatio, dum animalia qualia-
bet a somno, iactura spirituum præventia, robustiora
& ad stationes suas expeditiora surgunt. Hunc com-
mendat Tertullianus (v): Somnus, inquietus, est resrea-
tor corporum, redintegrator virium, probator valetu-
dinum, pacator operum, medicus laborum, cui legitio-
ne fruendo dies sedis, nox legem facit, auferens etiam
jam rerum colorem.

Hic hominum pellit curas & fessa diurno
Membra labore levat, revocatq; in corpore vires,
Quo sine non potis est quisquam producere vitam.
Est etiam adflictus magnum solamen & omni
Optandum vero interdum, præcordia quando
Angit amor, vel morbus atrox, vel casus acerbiss.
Tum melior gemmis, tum fulvo est gravior auro.
Sed non nisi moderato magnificos hunc titulos de-
stinetos esse Tibi imagineris;

Multa infert etenim damna & caligine quadam
Obducit mentem morbosq; inducit & ipsum
Enervat corpus quoties sine lege modoque
Sumitur & nimium torpentes occupat artus.
Causam adglutinat Keckermannus: Dum post iustum
somni tempus alimentorum balitus sunt absunti, nega-
tamen eò secius animal somno indulget, alii excremen-
tum, quos natura aliis viis excernere debebat, in cere-
brum accumbunt, ibi spiritibus animalibus permiscen-
tur ac implicantur, unaq; cum illis cerebri veneficos.
(v) Lib. de anima. qui

qui sensuum sunt, officinae, subeunt eosq; ita inquinantur, his instrumentis lesis, ipsi sensus & imprimis memoria debilitetur, variisq; morbi gignantur (ξ). Quam ob rem vigilia & somnus inter sex non naturales causas (quarum genuinus cumq; recta ratione conjunctus usus cuiuslibet crasis foveret atque magna ex parte sanitatis ac longevitatis est faber: Abusus vero nociuum infirmitatis, morborum ac mortis lenocinium) reponuntur a Medicis. Quorum vertex παρέψη Φει di-
vulgat: ὑπνος, ἀγευνία, ἀμφότεραι μάλλον τοις με-
τρίσια γνώμενα κανον. E.

Si tibi deficiant Medici Medici tibi siant

*Mens vigilans, hilaris, somnus moderatus & aptus.
Tacentum jam, præmonitore discursus circo, quām
cadaverosas ac monstrosas facies dispiciendas sinistro
vivendi modo hæ adfectiones adulteratæ bono pu-
blico ostendit. Idcirco Agesilaus hancce deleturus
maculam voluit & δεασότη ἀλλ' ἀρχαμένη τέως
περιζεων χαράδρη κομήσει (o).*

Semper ubiq; tenens altâ sibi mente repôstum:

Οὐ γάρ πανύπονον ἔνδειν βαλήθοσα αὐδεῖν.

Mittamus etiam quām graviter sacræ pandectæ in de-
sideriæ mancipia inveniuntur Prov: 6, v. 6, 9, 10 II. & alii
locis innumeris, immo segnitie dissuetuum lucrum re-
ferunt: קְרָעִים לְבָרֵשׁ כוֹתֶה fragmenta siue lacer-
vestimenta dormitionis indumenta (π). A quo non ab-
horret Sveanum adagium: Den som sovver det röde
af Solen i han sovver det feta af Råhleb.

*S. X. Dispiciendum ulterius esset, quamdiu ac ubi
ha-*

(ξ) p. m: 444. (o) ref: Plutarch: (π) Prop. 23, v. 21.

hominibus præsertim Vigilandum ac dormiendum sit, ni
 βιγλίων κῆρος κατέχεται, οἷς τὸ τῆς παιδείας ἐστὶ^{νόμοιον}, nos destitueret, reliqu substrata æsperitas pro-
 pedium deterreret: Si itaque leviora tantum à nobis
 tangantur, quæque alterioris sunt indaginis subactio-
 ribus referuntur, est quod Nobis περαιτασμένοις
 B. L. condonet: nec v. dormitionem de jure & actu tunc,
 quando pietatis exercitia sunt urgenda, pulpita sacra
 divinō zelō repletis Praconibus resonant, rostra
 facundiā delibatis Oratoribus superblunt, scientiāve
 circumfosis exsultant Præceptoribus.

Qui fundunt claras sapientis pectoris artes,
 Conventus actusve fabritate, utilitate ac necessitate
 secundi vigent, esse inhibendam, Vigiliemqu, admittendam, ne πλυντραγμοσύνης κλεψὺ nos constringat,
 horarii nostra refert: id solummodo nobis relictum
 esse arbitrantes, ut de iis, qui vel statim, postquam cibo
 se ingurgitarunt, vel paululum si detur intercapedinis,
 decadentem diem noctemve somno aut vigilia antici-
 pant, paucula intertexantur. Salutem itaque; suam in con-
 filio habere judicandi sunt illi, qui ubi pransi sunt, ho-
 ras vigiles eligunt, non tamen cum vehementioribus
 agitationibus aut motibus conglutinatas; aliqua n.
 stomacho, qui cibem jam complexus est, ne per vehe-
 mentiorem motum os ejus patefiat, vigiliae consors
 impertienda est quies. Pueris ac ephebis lulus, deam-
 bulatiunculae, certaminis, palæstrarumque exercitatio-
 nes adēd non sunt ejurandæ, ut potius subsecuturarum
 actionum non sint funera, sed fœnora; isto n. pæsto,
 aucto per mediocrem motum calore, coctio non jejunè

peragitur. Neque tamen hoc ipso, ut fervidiores cerebri labores tubercinantes excipiunt, v. gr. ut qui studiis suum dederunt nomen, à mensis ad Musas immedia-
tè transcendent, sumus consultores; qui namque ita in-
desides serviuntur Minervæ ne minuant nervos b.e. eosdem
spirituum abitu ac dissipatione detumescentes consiciant,
sensuque stupefiant, videant. Inter cœnam & somnū
pariter modicum interstitium jucundâ ambulatione, ut
cibus ex orificio descendat, ipsumque claudatur, dele-
nitum linquatur. Nukeū uata v. seu lucubrations post
cibationem vespertinā tanqā facunda atq; fœcunda no-
ctiū spavia secū in Museū introducere execrantur illi, qui
spem incertiā certō damnō emere actu dedidicerunt; ut ut
n. eorū, qui cū Platone cœnant, nonnulli postero die benē
habeat. Hoc tamē vix ac ne vix quidem procedet, nisi cu-
rē magis, qm̄ lautē ejus abliguricerint cupedia; ceu n.

Ex magna cœna stomacho fit maxima pœna:

Sed est nocte levis si siet ista brevis: Ita μετωπή
ευκτεριών si nimis avidè aveas delictum, πυρεζυτηρίων
paveas illicium: scil: hujusmodi παννυχῖαι corpori se-
vis & coœvi à parte post, quamdiu Φυσικὴ est, esse solent
morbi, cumq; economiam animalem lamentabili nobis-
litārunt metamorphosi, per dolium Danaidum, quod in-
fundunt, effluit. Symptomata a., quibus illi, qui studiis,
ut emoriuntur, immorantur, sunt obnoxii, freqven-
tiora sunt: Spasmi, desipientia, scotomiae & vertigines;
sanguinem. in corde deficiente, spiritus quoque sua pre-
muntur paupertate, & qui in cerebro jam adsunt, sca-
turigine suppressā, neque nervos peragrare neque in
certum ordinem cogi possunt. Pueri junioresque, illi
potissim.

potissimum, quibus præcoccia sunt ingenia, hoc animo exæpendant, quod partes ille spirituose ac vegetiores per bujumodi importunum opus avolent nec revolent, quod remanet vappidum, iners ac aquosum est, quod etiam anguizque venustatis non oblitus Poëta Ovidius innuit:

Extenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.

Quam proporro erga valetudinem suam cauti sint illi, qui simul ac corpora escâ refecerunt, somno etiam curant, paucissimis est enucleandum. Atq; ut in offensô pede progrediamur, non omnium somnus meridianus æqualiter suffragium prodigit; qui namque alterum pedem in cymba Charonitis habent, atq; *Bæc&muoi seváζεστιν ήνα κατέπιθη το Ιωντὸν θεόν τ Ζωῆς*, in rugas leniles non carentur injuriis, si postqvam cibati sunt, non tam cubando, ne diutius quam ipsis profitreqviescant, sed si vires ita tulerint, cubitis aliisve innitendo nictationibus immincent, qvò spiritus liberiores, sensibus aliis non oneratis, ventriculi coctioni, quæ ceteroquin lenta est, famulentur (ε): qui v. ætate florent integriore, raro sine noxa meridianuntur. Ratio antiquorum hæc est: Ventriculus eorum olla adinstar igni impositæ æstuat ac fervet. Idecirco evaporationes impuræ, quas vigilantes per poros cutaneos expellere solent, in cerebrum elevatae cum spiritibus animalibus miscentur, somnumque turbulentum progenerant, omnesque artus torpore inficiunt (σ). Unde istiusmodi quietem flatus, cruditates, pandiculationes, tumores, cataracti, capitisque dolores comitantur, perque istam organa exarmantur, torumq; corpus multifaria calamitate multatur, ita tamen, ut sine maiori damno diu eidem

adseris & rusticis, per corporis iudices & labores va-
pores domantibus, obrepas, nec subtileendum in vul-
gus de hoc somno quod abiit distichon:

Febris, pigrities, capit is dolor atq; catarrhus,

Hac tibi proveniunt ex somno meridiano.

Id tamen, quod cibus in ventriculo non secus ac in olla
ebulliat, non æquè Recentiores delectat; sic namq; sto-
machus ad arbitrium eorum tympani instar exten-
ditur, hominesque statui illacrymarentur amaro. De ce-
tero ordini ab ordinis Auctore sancito ut nocte quiescamus,
die sensus distringamus, obtemperare est consilissimum; no-
cturnæ a. tempestatis frigiditas, humiditas, tenebrae atq;
silentium animalia ad dormiendum quasi hortantur, du-
per eos nos stat, quò minùs spiritus animales placentur
atq; consopiantur. Sic namq; somnus, à turbulentis cir-
cumstantium motibus non praecitus, concoctionem non
tantum auspiciatò inchoat, sed etiam inchoatam faustus
consummat. Hinc auroram Musis amicam bilares salu-
camus dulcissimati quiete & si quid matutino tempore
memoria mandamus, vel mente revolvimus, firmius quam
reliquo diei decursu inherere persentijcimus; illis namq;
horis cerebrum est liberum, nullis adhuc rerum vesti-
gliis præpeditum. Qd etiam facit, quod cerebrum ma-
niè vaporibus, pesacta ciborum coctione, non astutæ
fibres porrigit expeditiores & agiliores ad ejusdē motus
ac votam affectionem induendum; sic a., quod quau-
dòq; non sine fastidio est subeundum, noctu è somno ex-
citeatur, & licet oculi deinceps claudantur, defatigatio
tamen & torpedo calidum deserturos nidum gravem
censendum est (si absq;ve aliorum strepitu, tumultu aut
conscientia asperioribꝫ crabitonibus somnus sponte su-
erit

erit discussus, quia concoctio, cum primū evigilabamus,
 suum nocta erat complementum, spiritus restauratio-
 nem consecuti, excrements etiam vel dispersionem vel
 ad sua receptacula propulsionem fuerant adepti: neq;
 tamen eò secius eidem emancipamur) spiritus crassis
 illis ac excrementitiis vaporibus involutos pigre scere
 ac obtorpe scere. Aliud deinceps non videbitur aptius,
 quam commodum dormientiū vel dormitoriorum situm
 in conspectu dare: Ait quo p̄fecto qvis se somno prepara-
 bit pronote, supino, an in latus reclinato corpore? in
 diversa abeunt eruditī; alii namq;, qvod dextro latere
 primū, ne os ventriculi hiet, cor prematur, ejusq; motus
 sufflaminetur, decubandū sit, docent; nondilli sinistro,
 ut ventriculus, qui versus istam partem est capacior, fo-
 vestur recumbendum esse dicunt; Arist: ēm̄ τὸ δεξιὸν
 κατέκειμενος μᾶλλον ἐπίσχεσιν ὑπέρ. Τῇ τοῖς δε
 αριστοῖς κατέκειμενος ἐχεχρόεις autumat (τ); ceteri
 nihil interesse, dextris ne an sinistris costis lumbisq; ful-
 ciatur, obtemdunt; cum cor, si sinistrorum vertatur,
 sensibili pressione aut motu retinaculis non arctetur (υ).
 Supinus ut, valetudinarius præcipue, somnum oppetat
 dissipadetur à non paucis, cum Ephialtes seu incubus
 Svetice Mara dorso incubantibus saepiuscule insultet.
 Tali recubitu refragatur Hermaenus Follinus, eun-
 dem caput nervosq; offendere, paralysin, apoplexiā
 & calculū nutricari prouuntians (φ). In ventrem pro-
 cumbere est brutorum lectari velle indolem. Superior
 corporis pars servato majorum more pulvinis ac cervi-
 calibus, ne perversus iste decubitus diaphragmati, mo-
 tri respiratorio aliisq; partibus qvid moliatur insensi-
 tuodi-

(τ) *Probl. Scđt; 6.* (υ) *B.D.N.Wall: [φ] in Amuleto Ant.c.6.*

modicè attollitut. Deinde senio confecti, qvi freqvenci
tiùs siccii & cogitabundi sunt redundantesq; falsā capi-
tū pituitā, spiritus minùs qviescere sinunt(χ], molliori
accubitaliū adparatu membra νευκρωμένα ad qvietem
alliciant, imitati senem ab Homero descriptum (ψ):

- - - ἐπὲ λέσσιτο Φάγοιτε

Ἐνδέμεναι μαλακῶς, οὐ δίκη ἐσὶ γεγένησαν.

Ut lavit sumptuī cibum, dat membra sopori

Mollibus in stratis, vacans curat, metuque,

Corpora cœn prodest senio confecta foveri.

Deniq; sub Jove frigido somnos captare ob vaporum, li-
berius extra tecta grassantium, petulantiorem impul-
sum, tum etiam aliorum qvorumvis, in capita dormi-
entium insidias parantiū, insultus sine submonitione qui-
libet devitabit. Ad Lunę radios somni captationem de-
hortatur Kippingius [ω]; cum hujusmodi somnus capiti
sit nocivus, eò qvod luna, τύπη την κακῶς humorū Domina
adpellata, caput dormientis percellat, vaporesq; elici-
endo uniat, unde cerebri existit pondus, à quo velut
crapula gravatur homo: Licet discessus atq; ve diffensus
Recentiorum hac in re nos non prætereat. Domicilia
demum opere vel situ edita depressis ac humo paludosæ
immersis etiam in cubatu, si fors ita ferat, ne creberri-
ma εξάτμιση udis palustribusq; locis ingenita qvid
adversi machinetur, anteferre præstat. Qvamdiu po-
stremò vigilandum aut dormiendum sit exactè definire
nostrī non est arbitrii; qvamvis n: qvidam 7. vel 8. ho-
ris coctionem, ultra qvam somnus protraheundus non
est, absolvit statuant: Cum tamen pro temperamento-
rum, nutrimentis & annorum diversitate & ipsa diver-
sas subeat limitationes, statā atq; canonica somnum vel

incipiendi vel finiendi horā non determinatā, lecto se
tunc, quando sensuum aliorumq; organorum opera-
tiones tempestiva efflagitant laxamenta, committere;
rursumq; cessationem istam, cum, digestione rite ex-
actā, spiritus animales, à sanguine tempore somni pro-
ducti, tam copiosè sunt refecti, ut reciso sufflamine
nervorum ductus possint patefacere tantum, quantum
ad sensationem & motionem reqviritur, dispellendam
esse à Phœbō colligimus. Ad exitum deproperantes li-
men ejus somni præternaturalis specierum nudā recen-
sione distingvimus, περιπολίσια Lethargia seu veter-
no delata, qvī gravedinem atq; stuporem parit ea
propter, qvoniam materia morbum inducens, qvam
medici frigidam pituitam esse putant, multi humoris in
cerebrum exstuantis, illiusq; madefacti ventriculos
occupantis, est nutrix; unde talis somnus profundus
non modò sensus exteriores ligat, sed etiam omnium
memoriam abolet. Unde pestis eadem corruptos so-
mnolentiaque correptos citius, si le quieti dedant, na-
turā remissius lui resistente, debellat. Lethargo pro-
ximum est coma, qvod in vigil & somnolentum dispisci-
tur. Vigil oculos claudendo somnum simular, ita ut illo
pressi vigilia ac delirio adfigantur atq; drepente ob-
taculum levissimum oculis apertis torvè contuentes illi-
co somnum repeatant: Somnolentum v., alias cataphora
vocatum, itidem somnus profundus est, cujus patien-
tem si expergefeceris, oculos aperit, datoq; responsō,
denuò repente profunda dormitione abripitur. Hisce
succedit Carus, somnus qvidem à febri immunis, præ-
nominatis tamen altior, quo degravatus sine responsi-
one difficulter luminis orbēs revelat, sensu tamen, si

concutatur, & response manente integrâ. Num-
 ro ultimus est noctambulus, qvi quidem non nocet, præ-
 terquam qvod hominem, quem obsidet, ad surgendum
 & πλυντόπως oberrandum vi adigit, ita ut nocte inten-
 pesta gravi sopore adqviciens oculis clausis ē lecto se
 proripiat, dormitorii fores recludat, angulos ædium
 circumvagando venetur, imò fastigia murorum ac tecto-
 rum condescendat atque hisce imperterritè perreptis-
 tis demum non segnus, nisi nominetus inclamat, tur-
 lum descendat atq; in lectum se recipiens, qvod re-
 stat somni actorum immemor transfigat. Reliqua, qva
 affectionibus hisce nostris ulterius fœnerarentur lu-
 men, materiæ subtilitas rei que numariæ rara difficultas
 absorbent. Confitemur ingenuè huius scribendi
 generi vim stomachum movendi posse inesse: Qvi ta-
 men occupatiuncularum nostrarum, aliorum ministe-
 riis, necessitate magistrâ, à teneris addictarum, vicem
 novit, ter si aut emaculati qvid à nobis in lucem non
 prodiisse aqvô, ceu speramus, feret animô. Prætereà
 cum ea sit ingenii humani labes, ut non, qvod videre
 vult, semper videat, Tuam, B. L. modestiorem censu-
 ram, si non cuncta ex Jovis tabulis sint decerpta, studio-
 se imploramus. Qvod supereft, dum placida pulmoni
 spiracula, molles arteriarû tremores & quandoq; repe-
 titi Rhonchi tenuè discrimen, qvod per somnum, ut eum
 dem à morte dirimant, objiciunt, committent atq; ita
 mortis præludium excipiet viræ exodium, temousque
 tempore carens, sublato clamore ידוֹת שְׁנָה וְחַזְקָה
 חכיתה ענכו וְחוֹתָם temporis molimina demolietur

אלחנן האורה עיננו פן – נישן המורה

Clarissime Domine

P E T R E W I J K H O L M /

Senioris Philosophiae Candidate dudum meritissime,
VIGILIAE SOMNIQUE APELLES,
SALVE Et VALE!

Sic Tua devicit patientia pondera quevis,
Quæ sapiens rigidâ mole gravare caput:
Sic Tua transegit solerteria temporis artus,
Ut decus, ut clarus Te comitetur bonos.
En recolet sagio Magnorum gratia PATRUM,
Quid meruit pietas, quid meruitq; labor.
Cumque redux Patrios jam sis visurus agellos,
Nos Tibi sarta: Illi præmia digna ferunt.
Salve ergo meritis fructum DEUS optimus addat,
Quæ Tibi danda cupis det precor Ipse Vale!
J. W.

När

Mjcket Berömlige Philosophie Candidaten,
Ehreborne och Hög-wällärde
Herr: PETRUS W I J K H O L M /
Sin / för Magisters Titulen, lärde

Om Mato och Sömn

Sammanfattade Disputation manligen försvarade:

Et är ett gammalt Ord: en hvar wet båst at tala
Om det hä stelfver lärt och prof uppå sig wist
Då deß förfarenhet uhr wågen röger list/
Et förtwes Ganning in i minsta twelans dvala.
Herr Candidat Ghaa med trågna krafter stråfvat

All Sömn och svärhet mot/ ei war Ehr sångē fär
Fast än Ehr sundhet slukt wäl något sakna lät;
Doch Lårdom och Beröm I wissa har belefvat.
Ho kan med bättre fog om Sömn och Wako strifva

An I Herr *Candidat*? som Sömnen städze flytt
Ja/ natten har I och till dag åth Ehr förbytt;
Eh hafwa Förmån hög' tillbudet Ehr att klihwa
Up till det Heders rum/ det ofta de erfarit

Ehr Lårdom wara vård och Walsamhet förtient
Det Sömnen än i dag sin slafwer har förment.

Gud! så har all Ehr tjd med Dygd och mōdo warit
Ehet är för wiho sant/ här vid en afwog stannar:

Allenast lårdom/ fljst Er hafwer dragit fram/
Och icke något mynt/ ell' ånat sådant Kram;

Ty är Ehr Heder sann/ det hvor och en besannar
Jag må ej biuda till min inre åträ lindra:

At på behörigt sätt förklara Eht Beröm
Herr *Candidat*; th I der om är sielwer öm/

Och sinnet Eht är högt/ det mig och mände
hindra

Omröra dygden den/ som I alt stadigt öfwar;
Ty må med rått och skål Förmanter/ Wänner al

Sig sägna der utas och gläddias med högt skall
Att GUD så hulpit fram den Hielpen han
förtöfwar.

Gå har I målet nått: GUD lätte Ehr nu finna
Den lön Herr *Candidat*, som Wako Ehr är vård

Och jag tillbörskar Ehr förutan sivel och flård!
Gå skall Magister vår sin Onseningz sylnad vinne

Sålunda wisse sin plid
S. Pihlgree